*MASTER NEGATIVE*
*NO. 93-81373-13*

*AUTHOR:*

PROCLUS

*TITLE:*

ECLOGAE E PROCLO DE PHILOSOPHIA ...

*PLACE:*

HALIS SAXONVM

*DATE:*

1891

Master Negative #

93-81373-13

# COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
# PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88P88 De philosophia Chaldaica. 1891.
SE91 Proclus ~~Diadochus~~, ca. 410-485.
...Eclogae e Proclo De philosophia Chaldaica; sive, De doctrina oracvlorvm Chaldaicorvm. Nvnc primvm edidit et commentatvs est Albertvs Iahnivs ... Accedit Hymnvs in devm Platonicvs, vvlgo S. Gregorio Nazianzeno adscriptvs, nvnc Proclo Platonico vindicatvs. Halis Saxonvm, Pfeffer, 1891.
xii, 77 p. 25½ cm.

Greek title at head.

350556

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5.4.93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Louis H. Gray
July 17, 1899

# ΠΡΟΚΛΟΥ
ΕΚ
# ΤΗΣ ΧΑΛΔΑΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

## ECLOGAE E PROCLO
DE PHILOSOPHIA CHALDAICA
SIVE
DE DOCTRINA ORACVLORVM CHALDAICORVM.

NVNC PRIMVM EDIDIT ET COMMENTATVS EST
**ALBERTVS IAHNIVS,**
BERNAS HELVETIVS,
DOCTOR PHILOSOPHIAE HONORARIVS, ACADEMIAE LITERARVM ET SCIENTIARVM REGIAE MONACENSIS SOC. ORD. CET.

ACCEDIT
HYMNVS IN DEVM PLATONICVS,
VVLGO S. GREGORIO NAZIANZENO ADSCRIPTVS,
NVNC PROCLO PLATONICO VINDICATVS.

**HALIS SAXONVM.**
C. E. M. PFEFFER (R. STRICKER).
MDCCCLXXXXI.

# S. Methodii opera
et
# S. Methodius Platonizans.

Edidit
**Albertus Jahnius.**

Pars I. S. Methodii opera, recognita et nunc primum plena ac separatim edita.

Pars II. S. Methodius Platonizans, sive Platonismus SS. Patrum Ecclesiae graece S. Methodii exemplo illustratus.

Preis Mk. 12.—

Der auf dem Felde der griechischen, speciell der platonischen und patristischen Literatur seit Decennien thätige Herausgeber hat im **I. Theile** dieses Doppelwerkes die theils vollständig, theils in Fragmenten erhaltenen, früher nur in patristischen Sammelwerken vorhandenen und daher zu wenig bekannten **Schriften des heil. Methodius**, dieses geistreichen und gelehrten Kirchenvaters aus der zweiten Hälfte des dritten Jahrhunderts, welcher philosophische, besonders platonische Bildung mit theologischer Erudition in sich vereinigt, **zum ersten Male separat** und **kritisch gereinigt**, mit Vervollständigung und richtiger Einreihung der Fragmente, herausgegeben.

Im **II. Theile** hat der Herausgeber an diesem Kirchenvater die Verschmelzung der höhern griechischen Bildung, resp. der platonischen Philosophie mit der christlichen Theologie oder den sogen. **Platonismus der Kirchenväter** durch Parallelisirung der sehr zahlreichen, sprachlich und sachlich correspondirenden Stellen Platons und des h. Methodius aufs Schlagendste nachgewiesen. Die Anmerkungen, 795 an der Zahl, erläutern in der mannigfaltigsten Weise und mit philologischer Akribie platonische und patristische Denk- und Redeweise und beleuchten die vielfachen, überraschenden Beziehungen der letzteren zu der ersteren. Der Werth der Arbeit wird durch ein reichhaltiges Wort- und Sachregister (S. 131—151) erhöht; im letzteren ist das Einzelne unter allgemeinen Gesichtspunkten zusammengefasst, z. B. in den Rubriken Deus, mundus, homo, anima u. s. w. Es dient daher dieser zweite Theil des Werkes als **Anleitung** und **Fundgrube** für das **Studium** sowohl **Platons** und der **Platoniker**, als der Kirchenväter.

Neben den Nachahmungen Platons finden sich übrigens in den Schriften des h. Methodius auch durchaus originelle, ja durch ihren Tiefsinn frappierende Gedankenentwickelungen; so begegnet man z. B. der Herder'schen Idee von der providentiellen Erziehung des Menschengeschlechtes schon in den Aussprüchen des heil. Methodius über die allmälige Veredlung der Ehe und über die vier dem Menschengeschlechte verkündigten Evangelien, im Gastmahl der zehn Jungfrauen, Rede II Cap. 2 und Rede X Cap. 3 p. 12 und 46 der Jahn'schen Ausgabe. Es seien daher die Werke des h. Methodius auch dem **Publikum der griechisch gebildeten Philosophen** angelegentlich empfohlen.

Recensionen: Heidelberger Jahrbücher 1866 Nr. 1 S. 1—7 (von Chr. Bär); Staats- und gelehrte Zeitung des Hamburger unpartheiischen Correspondenten 1865 Nr. 309 (von Chr. Petersen); Lit. Centralblatt f. Deutschl. 1866 Nr. 8 (von A. Hilgenfeld); Kirchenblatt f. die reform. Schweiz 1866 Nr. 10 (Dr. E. F. Gelpke); La Presse (Paris) 20 fevr. 1866 u. s. w.

# ΠΡΟΚΛΟΥ
ΕΚ
# ΤΗΣ ΧΑΛΔΑΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

## ECLOGAE E PROCLO
DE PHILOSOPHIA CHALDAICA
SIVE
DE DOCTRINA ORACVLORVM CHALDAICORVM.

NVNC PRIMVM EDIDIT ET COMMENTATVS EST

**ALBERTVS IAHNIVS,**
BERNAS HELVETIVS,
DOCTOR PHILOSOPHIAE HONORARIVS, ACADEMIAE
LITERARVM ET SCIENTIARVM REGIAE MONACENSIS
SOC. ORD. CET.



ACCEDIT
## HYMNVS IN DEVM PLATONICVS,
VVLGO S. GREGORIO NAZIANZENO ADSCRIPTVS,
NVNC PROCLO PLATONICO VINDICATVS.

HALIS SAXONVM.
C. E. M. PFEFFER (R. STRICKER).
MDCCCLXXXXI.

# S. Methodii opera
et
# S. Methodius Platonizans.

Edidit
**Albertus Jahnius.**

Pars I. S. [illegible]odii opera recognita et nunc primum plena ac separat[illegible] edita.

Pars II. S. Methodius Platonizans, sive Platonismus SS. Patrum Ecclesiae graece S. Methodii exemplo [illegible].

[illegible]

[illegible]elde de[illegible] [illegible] seit Decenn[illegible] [illegible] die theils vollständig, theils [illegible] [illegible]enten [illegible] patristischen Sammelwe[illegible] [illegible] wenig [illegible] **Schriften des heil. Meth[illegible]**, dieses ge[illegible] gelehrten Kirchenvaters aus der zweiten Hälfte des dritten Jahrh[illegible]erts, welcher philosophische, besonders platonische Bildung mit theologischer Erudition in sich vereinigt, **zum ersten Male separat** und **kritisch gereinigt**, mit Vervollständigung und richtiger Einreihung der Fragmente, herausgegeben.

Im **II. Theile** hat der Herausgeber an diesem Kirchenvater die Verschmelzung der höhern griechischen Bildung, resp. der platonischen Philosophie mit der christlichen Theologie oder den sogen. **Platonismus der Kirchenväter** durch Parallelisirung der sehr zahlreichen, sprachlich und sachlich correspondirenden Stellen Platons und des h. Methodius aufs Schlagendste nachgewiesen. Die Anmerkungen, 795 an der Zahl, erläutern in der mannigfaltigsten Weise und mit philologischer Akribie platonische und patristische Denk- und Redeweise und beleuchten die vielfachen, überraschenden Beziehungen der letzteren zu der ersteren. Der Werth der Arbeit wird durch ein reichhaltiges Wort- und Sachregister (S. 131—151) erhöht; im letzteren ist das Einzelne unter allgemeinen Gesichtspunkten zusammengefasst, z. B. in den Rubriken Deus, mundus, homo, anima u. s. w. Es dient daher dieser zweite Theil des Werkes als **Anleitung** und **Fundgrube** für das **Studium** sowohl **Platons** und der **Platoniker**, als der Kirchenväter.

Neben den Nachahmungen Platons finden sich übrigens in den Schriften des h. Methodius auch durchaus originelle, ja durch ihren Tiefsinn frappierende Gedankenentwickelungen; so begegnet man z. B. der Herder'schen Idee von der providentiellen Erziehung des Menschengeschlechtes schon in den Aussprüchen des heil. Methodius über die allmälige Veredlung der Ehe und über die vier dem Menschengeschlechte verkündigten Evangelien, im Gastmahl der zehn Jungfrauen, Rede II Cap. 2 und Rede X Cap. 3 p. 12 und 46 der Jahn'schen Ausgabe. Es seien daher die Werke des h. Methodius auch dem **Publikum der griechisch gebildeten Philosophen** angelegentlich empfohlen.

Recensionen: Heidelberger Jahrbücher 1866 Nr. 1 S. 1—7 (von Chr. Bär); Staats- und gelehrte Zeitung des Hamburger unpartheiischen Correspondenten 1865 Nr. 309 (von Chr. Petersen); Lit. Centralblatt f. Deutschl. 1866 Nr. 8 (von A. Hilgenfeld); Kirchenblatt f. die reform. Schweiz 1866 Nr. 10 (Dr. E. F. Gelpke); La Presse (Paris) 20 fevr. 1866 u. s. w.

---

# ΠΡΟΚΛΟΥ
ΕΚ
# ΤΗΣ ΧΑΛΔΑΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

## ECLOGAE E PROCLO
DE PHILOSOPHIA CHALDAICA
SIVE
DE DOCTRINA ORACVLORVM CHALDAICORVM.

NVNC PRIMVM EDIDIT ET COMMENTATVS EST

**ALBERTVS IAHNIVS,**
BERNAS HELVETIVS,
DOCTOR PHILOSOPHIAE HONORARIVS, ACADEMIAE
LITERARVM ET SCIENTIARVM REGIAE MONACENSIS
SOC. ORD. TET.



ACCEDIT
## HYMNVS IN DEVM PLATONICVS,
VVLGO S. GREGORIO NAZIANZENO ADSCRIPTVS,
NVNC PROCLO PLATONICO VINDICATVS.

HALIS SAXONVM.
C. E. M. PFEFFER (R. STRICKER).
MDCCCLXXXXI.

VIRO DOCTISSIMO

HVMANISSIMO

CAROLO AEMILIO RVELLIO

FAVTORI

POST

**BOISSONADIVM ALEXANDRVM DAREMBERGIVM**

OPTIMO

GRATI TESTIMONIVM ANIMI

OFFERT

EDITOR.

# Praefatio.

Primo loco tibi, lector erudite, offero parvum quidem, sed praeclarum Anecdoton, videlicet Eclogas ex deperdito Procli Platonici opere amplissimorum in Oracula chaldaica Commentariorum. Quas reliquias venerandas Victor Cousinus, strenuus ille investigator et editor ineditorum Procli operum, ne in secunda quidem eorum editione protulit. Quando autem et quomodo hoc ἕρμαιον nactus sim, re paullo altius repetita narrare haud ab re est.

Postquam ego, edito ante hos octo annos Aristide Quintiliano, Commentarium in hunc scriptorem, a me promissum et plus dimidia parte elaboratum, redemtoris culpa seposui (nam πάρεργον tantum illius laboris mihi fuit edita Gregorii Palamae Prosopopoeia): maiorem in modum incumbere coepi ad Oracula chaldaica, inde a Franc. Patricio male edita, ex fontibus emendanda, augenda et illustranda, cui operae iam ante aliquam partem otii literati, etsi parci, impendere institueram, quia videbam, ea Oracula, quae seminarium doctrinae Platonicorum recentiorum fuerunt, hodie non sine detrimento historiae tam philosophiae, quam rei literariae Graecorum fere neglecta iacere. In decursu autem studiorum in illis Oraculis positorum sedulo circumspiciebam, si quid adiumenti eorum ex libris mss. acquirere possem[1]). Neque incassum hoc feci. Nam primum quidem vir humanissimus, C. Ae. Ruellius, Parisiensis, bibliothecae S. Genovevae administrator, fautor meus optimus, mihi Pselli Scholia in Oracula chaldaica, e codice Paris. 1182 accurate a se descripta et docte adnotata, obtulit. Deinde vero in Anecdotis var. gr. a Schoellio et

1) Non enim ego is sum librorum mss. contemptor, quem me esse malevolus quidam censor, amici cuiusdam sui erga me simultatibus excitatus, insimulavit. Contrarium apparet tum e copia Anecdotorum graecorum a me pridem editorum, tum, ut recentiora commemorem, ex Homilia Origenis De engastrimytho et Eustathii Antiocheni refutatione a me libri ms. Monacensis ope redintegratis, et insuper ex Dionysii, vulgo Areopagitae, operibus a me in nuperrimo Dionysiacorum opusculo ex varr. lectt. codd. mss. naviter emendatis, qui quidem labores mihi quasi diverticula studiorum chaldaicorum fuere.

Studemundo editis t. 2 Praefat. p. 9 incidi in notitiam mihi gratissimam, qua edocemur, in codice collectaneo, Romae in bibliotheca Barberina adservato, a manu Lucae Holstenii scripto et sic insignito: „ms. Graec. I 65 chartac. in 8$^{o}$“, inter alia exstare: „fol. 147—159 Πρόκλου ἐκ τῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας ex Msto Vatic. 1026 excerpta“. Statim ego, ab apographo Holsteniano ad exemplar Vaticanum recurrendum esse ratus, a Franc. Ehrleo, S. I., Romae degente, cuius humanitatem iam expertus eram, sciscitatus sum, quae mea intererat de illo codice Vatic. resciscere. Qui V. D. quum ad quaesita mea officiose respondisset, meque simul apographi desiderium declarantem ad Aug. Mavium, Instituti archaeologici borussici quod Romae est socium, eundemque palaeographiae graecae peritissimum, ablegasset, is V. Cl. meo rogatu illa Procli partim e cod. Vat. 1026, partim ex Barberino supra dicto perofficiose et diligentissime meos in usus descripsit, qua de re plura inferius[1]). Accepto autem hoc apographo, ego, sepositis interim ulterioribus studiis Oraculorum chaldaicorum, Anecdoton Procli citius edendum censui, idque idem ille redemtor honestissimus, cui meae editiones S. Methodii et Gregorii Palamae debentur, publicandum suscepit.

Est autem codex ille Vat. 1026 foliorum 234 in 8$^{0}$ et constat ex multis fasciculis varii generis variaeque aetatis. Folia 231 v. — 233 r., quibus Eclogae nostrae continentur, sunt potius bombycina, ut videtur, quam chartacea, et summum saeculi XIII, fortasse tamen potius saec. XIV. Nihilo minus vestigia scripturae exemplaris antiquioris, ex quo Vaticanum descriptum est, haec sunt: creber puncti pro virgula usus et ι subscriptum fere constanter omissum, praeterea ρρ pro recentiori ῤῥ (v. Bast. Comm. palaeogr. p. 732 sq.). Eclogae sunt numero quinque, eadem manu et sub his titulis scriptae: f. 231 v. πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας (de hac inscriptione inferius), f. 231 v. πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας, f. 232 r. πρόκλου, f. 232 r. τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας, f. 233 r. πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας. Initium f. 231 v.: Αὐλαὶ τῶν θείων —, finis f. 233 r.: — ἡλιακὴν ψυχὴν, ἄλλο ἄλλην. Sequuntur in cod. f. 233 v. περὶ νήψεως κεφαλαιώδεις ὑποθῆκαι. m. 2 ἡσυχίου. Eclogas nostras in cod. praecedunt cognati argumenti scripta tria: **I.** F. 224 r. ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν περὶ (sic, l. παρὰ) χαλδαίοις λογιμωτάτων λογίων. τοῦ ψελλου al. m. (Initium: ἑπτά φασι σωματικοὺς κόσμους —. Est igitur Pselli ἔκθεσις κεφαλ. καὶ σύντ. τῶν παρὰ χαλδαίοις δογμάτων ed. Opsop., Orac. mag. Zoroastr. Par. 1599 p. 113, ubi δογμ. recte habet pro illis falsis: λογιμωτ. λογίων.) **II.** F. 224 v. ἐξήγησις λογίων τινῶν τῆς τῶν χαλδαίων φιλοσοφίας.

1) Praeterea idem V. D. mihi suppeditavit varietatem lectionis Oraculorum chaldaicorum, enotatam e codd. Romanis Pselli Scholiorum in ea Oracula, et apographum Pselli Expositionis dogmatum chald., e cod. Vat. 573 exceptum.



(Initium: „χαλδαικὸν λόγιον: ἔστι και εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα: — εἴδωλα λέγεται cet. Est Pselli ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια, ed. Opsop. l. c. p. 53, sed deficit in verbis f. 229 v. τὸν μὲν καθαρὸν τὸν δὲ ἀβαθῆ: — apud Opsop. p. 86, ubi male ἀβαφῆ.) **III.** Insequitur f. 229 v. med. nova, sed nullo indicio distincta inscriptio: ἰαμβλίχου ἐκ τῆς χαλδαικῆς φιλοσοφίας περὶ διακρίσεως. i. e. de discernendis apparitionibus divinis. (Initium: τὰ μὲν τῶν θεῶν φαντάσματα μονοειδῆ εἰσι. ex Iamblicho De myst. ed. Parth. 2, 3 p. 70, 17 sq. ubi φάσματα melius. Finis f. 231 r.: ψυχαὶ δ'ἐπιφαινόμεναι καταπατείνουσι πως ἐπὶ τὴν γένεσιν: — ex Iamblicho l. c. 2, 5 p. 79, 12 sq.) Succedit f. 231 v. prima nostrarum Eclogarum, sic inscripta: πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας (v. supra), in quibus αὐτῆς ad inscriptionem superiorem f. 229 v. med. ἰαμβλίχου ἐκ τῆς χαλδ. φιλοσ. refertur. Recte igitur Holstenius in libro Barberino apographum Procli e cod. Vat. 1026 exceptum, misso αὐτῆς, ita inscripsit: Πρόκλου ἐκ τῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας (v. supra), eandemque inscriptionem ego in fronte huius libri imprimendam curavi. Sed quaestio de inscriptione Eclogarum nostrarum arte coniuncta est cum altera de earum origine atque auctoritate. Quibus de rebus iam altius inquirendum est, priusquam dicam de apographo A. Mavii, deque ratione, qua eo usus sum.

Igitur ante omnia tenendum est, Proclum amplissimos Commentarios in Λόγια, id est in Oracula chaldaica[1]), scripsisse. Et commentatum quidem se esse ea Oracula, ipse testatur Comment. in Plat. Remp. ed. Basil. p. 359 inf., ubi postquam docuit, oracula falsa fieri posse διὰ τὴν ἀνεπιτηδειότητα καὶ ἀσθένειαν consulentium deos, ita pergit: τίς δὲ ἡ ἀνεπιτηδειότης δι'ἧς τῆς ἀληθείας ἐνδέχεται μὴ τυγχάνειν — — εἴρηται διὰ πλειόνων ἐν τοῖς εἰς τὰ λόγια γεγραμμένοις. In aliis scriptis Proclus suos Commentarios in Oracula, etsi saepissime a se laudata, nuspiam memorat, nimirum quia eos iam senex (v. Marin. V. Pr. c. 26 p. 21 Boiss.), ceteros plerosque libros aetate iunior scripsit. Amplissimos autem illos Commentarios fuisse, Marinus, discipulus Procli, in huius Vita l. c., antea commemoratis Porphyrii et Iamblichi copiosis Commentariis in Oracula, ita refert: καὶ τὰς τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων ἐξηγήσεις συνελὼν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπικρίσεως, (ita interpung.) — τὰ μέγιστα τῶν ὑπομνημάτων εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια[2]) κατεβάλετο, ἐν πέντε ὅλοις ἔτεσιν αὐτὰ συμπληρώσας. Quibus quod idem addit, totum opus complevisse septuaginta τετράδας, i. e. quaterniones vel fasciculos, hac de re v. C. Thilo l. c. p. 10 sq. Prorsus vero falsum est, quod idem V. D. subiicit: „Suidas hoc περὶ τὰ λόγια opus in decem libros

1) Cf. C. Thilo: Comment. de coelo empyreo. P. II, Hal. 1839, p. 14 sq.

2) De formula θεοπαράδοτα λόγια pauca Boissonad. Not. p. 120; cf. C. Thilo l. c. p. 13 sup.

distinctum fuisse ait." Nam quod apud Suidam v. *Πρόκλος* legimus, hunc inter alia scripsisse *Συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος περὶ τὰ λόγια βιβλία ί*, in hisce ista: *Συμφωνίαν — περὶ τὰ λόγια*, arte cohaerent, ut verba *περὶ τὰ λόγια* neque per se sumi neque pro *εἰς τὰ λόγια* vel pro *περὶ τῶν λογίων* dicta accipi possint. Sed omnino titulus ille temere repetitus est ex hocce apud Suidam v. *Συριανός· Συμφωνίαν* cet. ut supra usque ad *περὶ τὰ λόγια βιβλία δέκα.* Nam Proclus ipse, laudatus a Thilone l. c. p. 9, Th. Pl. 4, 16 p. 215 Syrianum, magistrum suum, *ἐν τοῖς τῆς συμφωνίας λόγοις* allegat. Nihilo minus quidam VV. DD., in quibus etiam Thilo l. c., Suidae loco ita abutuntur, ut contendant, Syrianum teste Suida „libros X *περὶ τὰ λόγια*, in Oracula chaldaica" composuise. Alii, in quibus Thilo l. c. p. 10 adn. iterum a se dissentiens, Suidam Procli opus Syriano tribuisse opinantur. Tu vero v. R. Schoell. Praefat. ad Procli Comm. in Plat. Remp. p. 5 adn. — Platonici Proclo posteriores huius Commentarios in Oracula nuspiam commemorant, ut sunt omnino praeter Damascium parciores in laudandis Oraculis; Damascius autem libro De principiis in enarranda illorum doctrina plerumque Iamblichum sequitur, quem p. 115 Kopp. excitat *ἐν τῷ κήῳ βιβλίῳ τῆς Χαλδαϊκῆς τελειοτάτης θεολογίας*, et cuius p. 195 *τὰ Χαλδαϊκά* commemorat. [1]) Quod Simplicius in Aristot. Phys. f. 143 r. Ald., p. 612 sq. Diels. quaedam a Proclo ex Oraculis disputata adfert, ea ex huius libro De primo loco, non e Commentariis in Oracula hausta sunt. [2]) — In decursu medii aevi necesse est Procli opus, si minus integrum, saltem ex parte tum adhuc superstes fuerit, quum ex eo particulae, quae hodie in cod. Vatic. conservantur, excerptae sunt. [3]) Quando autem id factum sit, inde coniicere licet, quod codex ille, sive XIII° sive XIV° Saec. scriptus, vestigia scripturae codicis antiquioris, ex quo descriptus fuit, exhibet, qua de re superius dixi. Sic sponte retro ducimur ad illa tempora, quae imperium Constantini VII Porphyrogeniti (a. 911—959) consecuta sunt. Constat enim, hunc Imperatorem *Ἐκλογάς* sive Excerpta ex literatura antiqua, praecipue historica et politica, conscribi iussisse [4]), atque hoc exemplo posteriori aevo Eclogas ex omni genere literarum antiquarum certatim factas esse. Tunc igitur haec quoque Excerpta nostra, quae consulto Eclogas nomino, facta esse, veri est simillimum. Breviter autem inscripta fuere: *Πρόκλου ἐκ τῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας*, quippe hausta e Procli Commentariis in Oracula chaldaica, quorum doctrinam Byzantini nomine *χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας* vel *Χαλδαΐων φιλοσοφίας* com-

1) Cf. Thilo l. c. p. 4.
2) Cf. Thilo l. c. p. 11. 19, praesertim Diels. p. 611 adn.
3) De *αὐθεντίᾳ* horum Excerptorum infra, ubi de Commentario.
4) Vid. Hanck. Byz. rer. script. p. 467 sq., Harles. Brev. notit. litter. Gr. p. 577 sq., Berington. Hist. litt. des Grecs pend. le moy. âge, Par. 1822, p. 64 sq., praesertim Nicolai. Griech. Literaturgesch. III, p. 18. 63 sqq.



prehenderunt. Sic Simeo Sethus De alim. facult. p. 118, 10 Langkav. Proclum, Oraculorum chaldaicorum interpretem, ita memorat: *ὁ Πρόκλος τὴν Χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν ἐξηγούμενος αἰνιγματωδῶς.* Eodem pertinent tituli supra indicati opusculorum, quae in cod. Vat. Eclogas e Proclo praecedunt: f. 224 v. *ἐξήγησις λογίων τινῶν τῆς τῶν χαλδαίων φιλοσοφίας*, quibus Pselli Scholia in Oracula chaldaica designantur; et f. 229 v. med. *ἰαμβλίχου ἐκ τῆς χαλδαικῆς φιλοσοφίας περὶ διακρίσεως*, quibus significantur, quae Iamblichus De myst. ll. supra citt. de discernendis apparitionibus divinis secundum Oraculorum chaldaicorum doctrinam docet, id quod v. c. deprehendes in loco Iamblichi 2, 4 p. 75, 10—13 Parth., si eum cum Oraculis 306—308 (Psell. 25—27, Pleth. 41—43) comparaveris. Sed iam diu ante Byzantinos a Iamblicho hoc nomen *χαλδαικῆς φιλοσοφίας* usurpatum fuit, si credas Fabricio Not. in Marin. V. Pr. p. 119 Boiss. dicenti, a Damascio *περὶ ἀρχῶν* Iamblichum in libro XXVII operis *περὶ τῆς τελειοτάτης Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας* laudari. Atqui Damascius De princip. p. 115 Kopp., ut supra diximus, Iamblichum in libro XXVIII (non XXVII, ut Fabricius ait) *περὶ τῆς τελειοτάτης Χαλδαϊκῆς θεολογίας* allegat. Quo quidem in opere Iamblichus doctrinam Oraculorum chaldaicorum, quippe praecipue theologicam, *Χαλδαικῆς θεολογίας*, quam *Χαλδαικῆς φιλοσοφίας* nomine declarare maluit. Ante Iamblichum tamen Porphyrium illam doctrinam *Χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν* nominavisse, apparet ex hoc loco Laur. Lydi De mensib. 78, 1 p. 280 Roeth.: *Θεῖος ὁ τῆς ἐννάδος ἀριθμὸς ἐκ τριῶν τριάδων πληρούμενος — κατὰ τὴν Χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν, ὥς φησιν ὁ Πορφύριος.* Etsi enim *ἐννάς* in nostris Oraculis haud comparet, tamen tres triades ibi celebrantur. Cf. Comm. in Eclog. adn. 92. — Quamvis autem totum illud, de quo supra dixi, excerpendi studium literarum monumentis excerptis, quippe dein neglectis et ad interitum redactis, exitiosum fuerit [1]), saeculi tamen XI altero dimidio Procli Commentarios in Oracula chaldaica, si minus integros, at partim adhuc superstites fuisse, colligitur tum ex mentione eorum a Simeone Setho facta (v. supra), tum ex eo, quod Mich. Psellus Scholiis in Oracula chaldaica, ubi non theologum christianum agit, e Commentariis illis non solum plura affert, quae in nostris quoque Eclogis occurrunt, sed multa etiam alia, quae eum omnino ex iisdem Commentariis sublegisse valde probabile est, licet Proclum uno dumtaxat loco, p. 105 Ops., neque expressa mentione eius Commentariorum facta, laudet. Res docto cuidam Byzantino suboluisse videtur, qui inscriptioni Pselli Scholiorum in cod. Vat. 573 f. 94 v.: *τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τῶν χαλδαϊκῶν ῥητῶν,* haec adscripsit: *ἀλλαχοῦ εὗρον πρόκλου*

1) Cf. Holsten. Epistt. ed Boisson. p. 42 sqq., Hanck. l. c. p. 469, Harles. l. c. p. 575, Berington. l. c. p. 65, qui p. 58 sq. idem de Photii Bibliotheca contendit, et Nicolai. l. c. p. 71.

τοῦ λυ^δ/ (i. e. *λυδίου*, sed leg. λυ^κ/ i. e. *λυκίου*) *ὑποτύπωσις*[1]), nisi forte ille hac notitia significare voluit, se alibi Procli Commentarios in Oracula chaldaica reperisse. Sed hoc quo modo cunque se habet, Excerpta, quae Psellus Scholiis in Oracula chaldaica tam ex hisce, adhuc aliquatenus superstitibus, quam ex Procli in ea Commentariis fecit, certe in causa fuere, cur tam Oracula, ex quibus ille plura apud Platonicos haud obvia protulit, quam Procli in ea Commentarii demum interciderent; nam quae postmodum a Nicephoro Gregora et Gregorio Palama et denique a Plethone ex Oraculis adferuntur, ultra mentionem eorum a Psello factam minime adscendunt. (Quid? quod Pletho ex LXXVI versibus Oraculorum a Psello, licet male, servatis tantum LX exhibet.) Procli autem in Oracula Commentariorum post Psellum nec vola nec vestigium. Ceterum sciscitanti mihi ex Aug. Mavio, si forte Eclogae e Proclo in aliis libris mss. Vaticanis pleniores reperiantur, ille mihi respondit: „Weiteres von Proklos *ἐκ τῆς χαλδαικῆς φιλοσοφίας* zu finden, habe ich keine Hoffnung. Die Kataloge bieten nichts, und auf andere Weise zu suchen ist nicht erlaubt, würde auch sonst schwer sein.“ Videant alii, si me feliciores futuri sint.

Venio ad Eclogarum apographum ab A. Mavio meos in usus primum, neque ulli antea confectum, adque rationem, qua eo usus sum. Is igitur V. D. Eclogarum partem priorem e cod. Vat. 1026 f. 231 v. — f. 232 r. usque ad verba *εἰς ἣν καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καταβλητέον* ita descripsit, ut eam dein cum exemplari et, sicubi opus esset, cum codice Barb. conferret; partem posteriorem, in cod. Vat. f. 232 r. — f. 233 r. minus bene conservatam, idem e codice Barb. descripsit et cum Vat. ita contulit, ut ex hoc discrepantiam scripturae, compendia scribendi et defectus adnotaret. Quae omnia ego in adnotatione contextui subiecta religiose repraesentavi, ne scribendi quidem compendiis neglectis, quae arte xylographica exprimenda curavi. Ibidem consignavi scripturas mendosas, quarum loco in contextu graeco alias emendatione reponendas esse censui. Porro in contextu literis diductis distincta imprimi feci ea verba, quae ibi ex Oraculis, plerumque nulla eorum mentione facta, indistincta adferuntur, sed quae ego dignovi certis quibusdam indiciis in ipso contextu graeco conspicuis et a me infra consignatis[2]). Praeterea in margine contextus initio quinque capitum sive segmentorum, quibus Eclogae continentur, numeros romanos deinceps adposui, quo facilius ea capita in Commentario excitari possent; nec non folia tam codicis Vaticani, quam Barberini suis locis adnotavi. (In posteriore codice tantummodo anteriores foliorum paginae numerantur.) Ceterum aliquid subsidii critici praebuere Pselli in Oracula chaldaica Scholia, in quibus ille pluscula Procli in his Eclogis obvia fere iisdem verbis, licet tacite, sua fecit, nonnulla tamen integrius scripta exhibet. Quae ego in adnotatione critica inque Commentario minime neglexi.

In elaborando autem Commentario crisin cum interpretatione copulavi instituto eo, quod iam diu maximo uberioris philologiae damno fere neglectum iacere doleas; inveteratum enim est *κακόηθες*, quo plerique philologi graeci (mitto puros putos Latinos hodiernos) edendis scriptoribus graecis sterilem dumtaxat adnotationem criticam adiiciunt, cetera eos fere nudos foras proiiciunt. Itaque ego in Commentario primum discrepantes scripturas codicum Vaticani et Barberini, in adnotatione consignatas, cum iis quae apud Psellum occurrunt diiudicavi; nec non rationem reddidi emendationum, quas in contextu Eclogarum faciendas putavi. Dein quae Proclus ex Oraculis chaldaicis adfert, sive nobis nova, sive a Patricio aliunde iam collecta, enarrare sategi, eaque occasione multa protuli, quae omnino Oraculis nostris tam emendandis quam explanandis prosint[1]). Porro quae cum sentiendi et dicendi genere Procli, in his

---

1) Cf. Thilo l. c. p. 11, ubi ex Allatio cod. Vat. 572 falso citatur. Ceterum fortasse scribendum: *ὑποτυπώσεις*.

2) Praeter mentionem oraculi vel Oraculorum expresse factam c. 1, f. 231 v. *ὑμνῳδὸς — ἀποτελεῖται τῶν θείων ἡ ψυχὴ κατὰ τὸ λόγιον* et c. 4 init. f. 233 r. *τὰ δὲ λόγια τῶν πατρικῶν συνθημάτων*, Oraculorum verbis dignoscendis haec inserviunt: *ἐστί*, significat, (cf. Casauboniana ed. Wolf. p. 85, Schleusn. Lex. in N. T. ed. IV t. 1 p. 716 n. 13) c. 1 f. 231 v. *πανδεκτικὴ αὐλὴ πατρὸς ἡ πατρικὴ τάξις ἐστίν*. ibid. *τὸ — πνεῦμα τὸ θερμὸν ζωῆς ἐστι μετάδοσις*. c. 4 f. 232 r. *ἱσταμένη — ψυχὴ ἐπιστήμων ἐστὶ τῶν ὄντων*. al., praeterea cf. *τουτέστι*. — *ἐστίν* eodem sensu intelligendum c. 2 f. 231 v. *γῆ — τὰ ὑλικὰ πάντα* cet. (*ἐστίν*). c. 3 f. 232 r. *ῥίζα — κακίας τὸ σῶμα* (*ἐστίν*). ibid. *τὸ — καταβαλεῖν εἰς γῆν τὸ ἀφ' ἡμῶν ἐκκόψαι* (*ἐστίν*). — *εἰσίν* eodem sensu intelligendum c. 1 f. 231 v. *Αὐλαὶ τῶν θείων* (l. *θεῶν*) *— αἱ ἀίδιοι τάξεις* (*εἰσίν*). c. 2 f. 231 v. *ὕμνος — πατρὸς* (*εἰσίν*) *οὐ λόγοι σύνθετοι* cet. — *εἴρηται* (*ὑπὸ τοῦ λογίου* s. *ἐν τοῖς λογίοις*) c. 3 f. 232 r. *τὸ δὲ μὴ σβέσθαι* (l. *σβέσαι*) *φρενὶ πρὸς τὴν ἀπόκλισιν — εἴρηται*. c. 4 f. 232 v. *περὶ τοῦ πρωτίστου πατρὸς ἐν ἄλλοις εἴρηται· καὶ δύναμιν πρώτην ἱεροῦ λόγου*. — *ἐπάγει* (*τὸ λόγιον*) c. 3 f. 232 r. *διόπερ ἐπάγει· μὴ πνεῦμα μολύνῃς*. — *λέγεται* (*ὑπὸ τοῦ λογίου* s. *ἐν τοῖς λογίοις*) c. 4 f. 232 v. *ὁ πρῶτος πατὴρ ἁρπάζειν ἑαυτὸν λέγεται τοῦ νοῦ καὶ τῆς δυνάμεως*. ibid. *τίς ὁ ὑπὲρ τοῦτον καὶ οὗπερ οὗτος μετέχων ἱερὸς λέγεται*. — *ὀνομάζεται* (item) c. 4 f. 232 v. *εἰ ὁ ἐκφαίνων ἕτερον ὄντα λόγος ὀνομάζεται*. — *τό*, quod dicitur (in oraculo), c. 1 f. 231 v. *τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ θερμόν* cet. (superius *θερμῷ πνεύματι*). c. 3 f. 232 r. *τὸ δὲ καταβαλεῖν εἰς γῆν*. ibid. *τὸ δὲ μὴ σβέσθαι* (l. *σβέσαι*) *φρενί*. — *τουτέστι* (cf. supra *ἐστί*) c. 1 f. 231 v. *φαίνουσα φησὶ περὶ τὴν ψυχήν, τουτέστι περιλάμπουσα αὐτὴν πανταχόθεν*. c. 4 f. 232 v. bis: *ἐὰν — ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν, τουτέστι* cet. et *ὥς τι νοῶν, τουτέστι* cet. — *ὑμνεῖσθαι* (*ὑπὸ τοῦ λογίου* s. *ἐν τοῖς λογίοις*) c. 4 f. 232 v. *ὁ — θεὸς πάντων ὑμνούμενος*. — *φησί* (*τὸ λόγιον*) c. 1 f. 231 v. *φαίνουσα φησὶ περὶ τὴν ψυχήν*. c. 2 init. f. 231 v. *ψυχῆς βάθος τὰς — δυνάμεις φησί*. c. 4 f. 232 v. *ἐὰν δέ, φησίν, ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν*.

1) Pleraque eorum quae Proclus ex Oraculis refert, nonnisi flosculi sunt ex iis decerpti et tam nexu suo quam metro soluti; qua de re hoc loco in antecessum semel monuisse sufficiat, ne quis, sicubi haec vel illa ex Oraculis decerpta esse

Eclogis conspicuo et a me diligenter adnotato, in aliis eiusdem auctoris scriptis conspirant, accurate et larga manu composui. Atque hoc loco optimo meo iure profiteor, fungum ac stipitem esse, qui, nostro Commentario vel obiter inspecto, de *αὐθεντίᾳ* Anecdoti nostri tantillum dubitare ausit. Ceterum de amplitudine Commentarii nemo queretur, nisi qui ignoraverit, difficillimum fuisse negotium has Eclogas viris doctis hactenus ignotas et intactas critice et exegetice tractare.

Anecdoto Procli commode, opinor, adiunxi Hymnum in Deum Platonicum, vulgo S. Gregorio Nazianzeno adscriptum, nunc vero, omnibus momentis iusta commentatione utrimque pensitatis, Proclo ita vindicatum, ut is Hymnus iam quodammodo alterum sit huius scriptoris Anecdoton.

Utere, fruere, lector erudite, hisce hercle haud ex trivio petitis, ac memineris Plinii N. H. Lib. I. Praef. 15 dicentis: „Res ardua vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem“, eiusdemque (ibid. 16) ita sentientis, „peculiarem in studiis causam eorum esse, qui difficultatibus victis utilitatem iuvandi praetulerint gratiae placendi.“ — Abeant in malam rem Harpyiae censoriae, bonis literis infestae, praesertim quum ad simultates privatas publice evomendas immittuntur, id quod ego iam bis expertus sum.

---

statuo, me id metri neglectu facere opinetur. Ob illam autem rationem Oraculorum flosculos citandi difficile est de modo iudicare, quo Proclus eos interpretatur, nisi si tum ex Oraculorum fragmentis hucusque aliunde collectis, tum ex aliis Procli et omnino Platonicorum scriptis lux exemplorum pleniorum accedat. Quae quidem exempla nos sedulo adhibuimus.

Bernae Helvetiorum, XVI. ante Cal. Mart. a. MDCCCLXXXX.

**A. Iahnius.**

# ECLOGAE E PROCLO
## DE PHILOSOPHIA CHALDAICA.

Cod. Vat. Fol. 231 v. (Barb. f. 147).

*πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς*) χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας.*

I. *Αὐλαὶ τῶν θεῶν καὶ οἰκήσεις*[1] *αἱ ἀίδιαι τάξεις*[2], *καὶ ἡ πανδεκτικὴ αὐλὴ τοῦ πατρὸς*[3] *ἡ πατρικὴ τάξις ἐστίν, ἡ πάσας ὑποδεχομένη καὶ συνέχουσα τὰς ἀναχθείσας*[4] *ψυχάς. ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων μερὶς πῶς ἀνάγει ψυχήν*[5], *φαίνουσα, φησί, περὶ τὴν ψυχήν*[6], *τουτέστι περιλάμπουσα αὐτὴν πανταχόθεν, καὶ πλήρη ποιοῦσα τοῦ ἀχράντου πυρός, ὃ ἐνδίδωσιν αὐτῇ τάξιν ἄκλιτον καὶ δύναμιν*[7], *δι' ἣν οὐκ ἐκροιζεῖται εἰς τὴν ὑλικὴν ἀταξίαν, ἀλλὰ συνάπτεται τῷ φωτὶ τῶν θείων*[8]· *καὶ συνέχει δὲ αὐτὴν ἐν οἰκείῳ τόπῳ καὶ ἀμιγῆ ποιεῖ πρὸς τὴν ὕλην, τῷ θερμῷ πνεύματι κουφίζουσα*[9] *καὶ ποιοῦσα μετέωρον | διὰ τῆς ἀναγωγοῦ*[10] *ζωῆς· τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ* (148) *θερμὸν ζωῆς ἐστι μετάδοσις· κουφίζεται δὲ ἅπαν τὸ σπεῦδον εἰς τὸν ἄνω τόπον, ὥσπερ βρίθει τὸ εἰς τὴν ὕλην φερόμενον*[11]. *τέλος δὲ τῶν ἀνόδων ἡ μετουσία τῶν θείων καρπῶν καὶ ἡ αὐτοφαὴς τοῦ πυρὸς ἀποπλήρωσις*[12], *ἥτις ἐστὶν ἡ θεοῦ ὄψις*[13], *ὡς ὑπ' ὄμμασιν αὐτὴν τιθεῖσα τοῦ πατρός*[14]. *ὑμνῳδὸς δὲ ἀποτελεῖται τῶν θείων ἡ ψυχὴ κατὰ τὸ λόγιον*[15], *τὰ συνθήματα τοῦ πατρὸς τὰ ἄρρητα*[16] *προβαλλομένη καὶ προφέρουσα αὐτὰ τῷ πατρί, ἃ ἐνέθηκεν*[17] *ὁ πατὴρ εἰς αὐτὴν ἐν τῇ πρώτῃ προόδῳ*[18] *τῆς οὐσίας· τοιοῦτοι γὰρ οἱ νοεροὶ καὶ ἀφανεῖς ὕμνοι τῆς ἀναγομένης ψυχῆς*[19], *ἀνακινοῦντες τὴν μνήμην τῶν ἁρμονικῶν λόγων*[20], *οἳ φέρουσιν ἀπορρήτους εἰκόνας τῶν θείων ἐν αὐτῇ δυνάμεων: —*

*) Quid istud *αὐτῆς* sibi velit, in Praefatione p. VII dixi.

**1** *θείων* V. **3** *ἀναθείσας* V. **4** *φαίνουσα*] $φ^{ερ'}$ V. **6** *ἄκλιτον* corr. ex *ἄλυτον* m. 1, ut videtur, V. **17** *ἐνέθηS* V. **18** *παρόδῳ* V.

231 v.
(149) πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας.

II. ψυχῆς βάθος τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς δυνάμεις φησί, νοεράς, διανοητικάς, δοξαστικάς, ὄμματα δὲ πάντα τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς ἐνεργείας[21]· τὸ γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον, ἡ δὲ ζωὴ ὀρέξεως· τριπλᾶ δὲ ἑκάτερα. γῆ δέ, ἀφ' ἧς δεῖ κουφίζειν τὴν καρδίαν[22], τὰ ὑλικὰ πάντα καὶ τὰ ποικίλα τῶν ἐν γενέσει φερομένων[23], καὶ πᾶς τύπος σωματικός[24]. οἷς ἕπεται[25] θέα μὲν τῆς πατρικῆς μονάδος[26], εὐφροσύνη δὲ ἄχραντος ἐπ' αὐτῇ[27], εὐστάθειά τε ἀπὸ τῆς νοερᾶς ταύτης περιωπῆς[28]. ἀφ' ὧν δῆλον ὡς μικτὸν τὸ ἀγαθὸν ἔκ τε νοήσεως[29] καὶ τῆς συμφυοῦς εὐφροσύνης· πᾶσα γὰρ ζωή, τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν[30] εὔλυτον ἔχουσα, ἡδονὴν ἔλαχεν αὐτῇ σύζυγον.

ὕμνος δὲ τοῦ πατρὸς[31] οὐ λόγοι σύνθετοι, οὐκ ἔργων κατασκευή[32]·
(150) μόνος γὰρ ἄφθαρτος ὤν, | φθαρτὸν ὕμνον οὐ δέχεται. μὴ οὖν καινῇ ῥημά-
232 r. των καταιγίδι πείσειν ἐλπίζωμεν τὸν λόγων ἀληθῶν δεσπότην[33], | μηδὲ ἔργων φαντάσει μετὰ τέχνης κεκαλλωπισμένων[34]. ἀκαλλώπιστον εὐμορφίαν θεὸς φιλεῖ. ὕμνον οὖν τῷ θεῷ τοῦτον ἀναθῶμεν, τὴν εἰς αὐτὸν ἐξομοίωσιν[35] · καταλίπωμεν γῆν, ῥέουσαν οὐσίαν[36] · ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ σκοπόν[37] · γνωρίσωμεν τὸν δεσπότην[38] · ἀγαπήσωμεν τὸν πατέρα[39] · καλοῦντι πειθώμεθα[40] · τῷ θερμῷ προσδράμωμεν, τὸ ψυχρὸν ἐκφυγόντες[41] · πῦρ γενώμεθα[42] · διὰ πυρὸς ὁδεύσωμεν[43] · ἔχομεν εὔλυτον ὁδὸν εἰς ἀνέλευσιν[44] · πατὴρ ὁδηγεῖ, πυρὸς ὁδοὺς ἀναπτύξασθαι[45], μὴ ταπεινὸν ἐκ Λήθης ῥεύσωμεν χεῦμα[46]: —

232 r.
(151) πρόκλου.

III. ῥίζα τῆς κακίας τὸ σῶμα[47], ὥσπερ τῆς ἀρετῆς ὁ νοῦς· ἡ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐκβλυστάνει ταῖς ψυχαῖς[48], ἡ δὲ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπεισκωμάζει καὶ κάτωθεν[49]. τὸ δὲ καταβαλεῖν εἰς γῆν τὸ ἀφ' ἡμῶν ἐκκόψαι[50], ἐᾶσαι δὲ αὐτὴν ὅπουπερ ἐτάχθη φέρεσθαι[51] · τέτακται δὲ ἐν ὅλῃ τῇ γενέσει, ἐπειδὴ τὰ κακὰ ἐνθάδε καὶ τόνδε τὸν τόπον ἐξ ἀνάγκης περιπολεῖ[52] · μέρος δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα τῆς γενέσεως. μέρος μὲν οὖν ἀκάκυντον[53] ποιεῖν δυνατόν, ὅλην δὲ τὴν γένεσιν ἀδύνατον, εἰ μὴ καὶ τὸ εἶναι αὐτῆς ἀνέλοιμεν. εἰς ἣν καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καταβλητέον[54], ὅθενπερ αὐτὰ κατελέξατο[55] · ὑλικὰ γὰρ ὄντα τὴν ὕλην ἔχει τιθήνην[56]. τὸ δὲ μὴ σβέσθαι φρενὶ πρὸς τὴν ἀπόκλισιν, οὐ πρὸς

1 ψῦ V. 2 διανοητικάς Psell. νοητὰς V, adiecto γνωστικὰς, quod transv. lin. del. m. 1. αὐτῶν V. 7 αὐτὴν V. 8 νοήσεως] κινήσεως V. 12 καινῇ (κενῇ corr.) V. 13 κατ//////γίδι V laesus (αι Barb.) τόν] τῶ. V. μὴ δὲ V. 14 φαντ῀ά V. 18 πειθῶμεν V. 21 λήθης V. 25 ὅποι (ῑ ex ῡ m. 1) παρετάχθη V. 26 ἐπειδὴ] δὲ add. V. 28 ἀκάκυντον] ν in τον ex ρ corr. V. 30 ὅθενπερ cet. Dehinc A. Mavius contextum Procli e cod. B(arb.) descripsit et cum Vat. contulit, quocum ille consentit, nisi ubi aliquid discrepantiae ex Vat. adnotatur.



τὸν ἀφανισμὸν εἴρηται[57], καθάπερ τὰ ἐναποσβεννύμενά τινι περιέχεται
(152) ὅλα ἐν ἐκείνῳ καὶ ἀναπίμπλη|σιν αὐτὸ τῆς οἰκείας θέρμης[58]. ἀντὶ δὲ τοῦ σβέσαι κατάβαλε, μὴ ἔχων αὐτὸν ἔνδον κατειργμένον[59]. διόπερ ἐπάγει· μὴ πνεῦμα μολύνῃς, διὰ τοῦ ἔχειν ἔνδον καὶ ἀποκρύψαι[60]. ὑλικὸς δὲ ὁ φθόνος· στερήσει γὰρ τῶν ἀγαθῶν σύνοικος[61] · ἡ δὲ στέρησις τῇ ἀγόνῳ ὕλῃ συνυφέστηκεν[62]. ἄφθονον δὲ τὸ θεουργὸν φῦλον[63] καὶ ἀνατεινόμενον εἰς τὸν ζῆλον τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος[64], ἀλλ' οὐκ εἰς φιλονεικίας ἀνθρώπων καὶ δυσμενείας κατασπώμενον[65]. ταῦτα δὲ τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς ἐναποκλειόμενα ἐναπομόργνυταί τινα ἐν τῷ πνεύματι κακίας τύπον ἔνυλον[66], καὶ ἀναπίμπλησιν αὐτὸ τῆς ὑλικῆς στερήσεως καὶ ἀζωίας[67] ·

232 r. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας.

IV. Ἱσταμένη ἡ ψυχή, κατὰ τὸ διανοητικὸν τὸ ἑαυτῆς, ἐπιστήμων ἐστὶ
(153) τῶν ὄντων[68] · ἐν δὲ τῷ νοερῷ | τῆς οἰκείας οὐσίας ἑαυτὴν ἱδρύσασα[69] νοεῖ τὰ πάντα ταῖς ἁπλαῖς καὶ ἀμερίστοις ἐπιβολαῖς[70]. εἰς δὲ τὸ ἓν ἀναδραμοῦσα[71] καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ συμπτύξασα πλῆθος[72], ἐνθεαστικῶς
232 v. ἐνεργεῖ καὶ συνάπτεται ταῖς ὑπὲρ νοῦν ὑπάρξεσι[73]. | τῷ γὰρ ὁμοίῳ πανταχοῦ τὸ ὅμοιον συνάπτεσθαι πέφυκε[74] · καὶ πᾶσα γνῶσις δι' ὁμοιότητα συνδεῖ τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν[75], τῷ μὲν αἰσθητῷ τὸ αἰσθητικόν, τῷ δὲ διανοητῷ τὸ διανοητικόν, τῷ δὲ νοητῷ τὸ νοητικόν[76]. ὥστε καὶ τῷ πρὸ νοῦ τὸ ἄνθος τοῦ νοῦ[77]. ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔστι νοῦς τὸ ἀκρότατον, ἀλλ' ἡ ὑπὲρ νοῦν αἰτία, οὕτως ἐν ταῖς ψυχαῖς οὐκ ἔστι νοερὸν τὸ πρῶτον ἐνεργείας εἶδος, ἀλλὰ τοῦ νοῦ θειότερον· καὶ πᾶσα ψυχὴ καὶ πᾶς νοῦς ἐνεργείας ἔχει διττάς, τὰς
(154) μὲν ἑνοειδεῖς καὶ κρείττονας νοήσεως, | τὰς δὲ νοητικάς[78]. δεῖ οὖν ἐκεῖνο τὸ νοητὸν καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ἐνιστάμενον καὶ τὴν ὕπαρξιν νοεῖν, μύσαντα κατὰ πάσας τὰς ἄλλας ζωὰς καὶ δυνάμεις[79]. ὡς γὰρ νοοειδεῖς γινόμενοι τῷ νῷ πρόσιμεν[80], οὕτως ἑνοειδεῖς πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀνατρέχομεν[81], ἐπ' ἄκρῳ τῷ οἰκείῳ στάντες νῷ[82], ἐπεὶ καὶ ὀφθαλμὸς οὐκ ἄλλως ὁρᾷ τὸν ἥλιον ἢ γινόμενος ἡλιοειδής[83], ἀλλ' οὐ τῷ ἐκ πυρὸς φωτί[84]. ᾧ καὶ δῆλον ὅτι τὸ νοεῖν ἐκεῖνο μὴ νοεῖν ἐστιν[85]. ἐὰν δέ, φησίν, ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν, τουτέστιν ἐπερείσῃς ταῖς νοεραῖς

2 θερ (μ sup.) V. 5 σύνοικο V. 6 φύλον B. 10 τύπον e coni. addidi. 15 τὸ B. ex τῶ corr. V. 16 τὸ ante γὰρ V. τῶ B. 19 διανοητικὸν B. ὸν ex ῶ corr. V. τῶ B. ex τὸ corr. V. νοητικόν] διανοητικὸν, δια transv. lin. del. B. 24 μὲν-δὲ B. 26 νοειδεῖς B. 27 νῶ B. corr. ex νάω V. 29 ἄλλως sup. scr. V. ἡλιοειδεὶς B. ει in η corr. V. 31 φοὶ B. σ (ὸν sup.) V.

ἐπιβολαῖς εἰς τὴν πρὸς ἐκεῖνο συναφήν, καὶ οὕτως ἐκεῖνο νοήσῃς τὸ νοητόν, ὥς τι νοῶν, τουτέστι κατά τι μέτρον εἴδους καὶ γνώσεως ἐπιβλητικῶς, οὐκ ἐκεῖνο νοήσεις[86]. κἂν γὰρ ὦσιν αἱ τοιαῦται
(155) νοήσεις ἁπλαῖ, ἀπολείπονται τῆς τοῦ νοητοῦ ἑνιαίας ἁπλότητος[87] | καὶ εἰς δευτέρας φέρονταί τινας νοεράς, εἰς πλῆθος ἤδη προελθούσας[88]. οὐδὲν γὰρ γνωστικὸν δι' ἐλάττονος γινώσκεται γνώσεως· οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ὑπὲρ νοῦν[89] διὰ νοῦ· ἅμα γὰρ νοῦς ἐπιβάλλει τινί, καὶ τοιόνδε λέγει τὸ νοούμενον, ὅπερ ἐστὶ τοῦ νοητοῦ δεύτερον[90]. ἀλλ' εἰ τῷ ἄνθει τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ τὸ νοητὸν τοῦτο νοοῦμεν[91], ἐπ' ἄκρῳ τῆς πρώτης νοητῆς τριάδος ἱδρυνθέν[92], τίνι ἔτι συναφθείημεν πρὸς τὸ ἕν[93], ὅ ἐστιν ἀσύντακτον πρὸς πάντα καὶ ἀμέθεκτον[94]; εἰ γὰρ ὁ πρῶτος πατὴρ ἁρπάζειν ἑαυτὸν λέγεται τοῦ νοῦ καὶ τῆς δυνάμεως[95], τίς ὁ μηδὲ οὕτως ἁρπᾶσαι δεηθεὶς ἑαυτόν, ἀλλ' ὑπερηρπασμένος ἀπὸ πάντων ἁπλῶς, καὶ θεὸς πάντων ὑμνούμενος[96]; εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ πρωτίστου πατρὸς ἐν ἄλλοις εἴρηται· καὶ δύναμιν πρώτην ἱεροῦ
(156) λόγου[97], τίς ὁ ὑπὲρ τοῦτον, καὶ οὗπερ οὗτος με|τέχων, ἱερὸς λέγεται[98]; καὶ εἰ ὁ ἐκφαίνων ἀρρητότερον ὄντα λόγος ὀνομάζεται[99], δεῖ
233 r. πρὸ τοῦ λόγου τὴν τὸν λόγον ὑποστήσασαν εἶναι σιγήν[100], | καὶ πρὸ παντὸς ἱεροῦ τὴν ἐκθεωτικήν[101] αἰτίαν. ὡς οὖν τὰ μετὰ τὰ νοητὰ λόγοι τῶν νοητῶν εἰσι, συνηγμένων ὄντων[102], οὕτως ὁ ἐν ἐκείνοις λόγος, ἀπ' ἄλλης ἀρρητοτέρας ἑνάδος ὑποστάς[103], λόγος μέν ἐστι τῆς πρὸ τῶν νοητῶν σιγῆς, τῶν δὲ νοητῶν σιγωμένων σιγή[104]. μήποτε οὖν οὐκ ἔστι ταὐτὸν νοῦ ἄνθος καὶ πάσης ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἄνθος[105]· ἀλλὰ τὸ μέν ἐστι τῆς νοερᾶς ἡμῶν ζωῆς τὸ ἑνοειδέστατον, τὸ δὲ ἁπασῶν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἕν, πολυειδῶν οὐσῶν[106]. οὐ γάρ ἐσμεν νοῦς μόνον, ἀλλὰ καὶ διάνοια καὶ δόξα καὶ προσοχὴ καὶ προαίρεσις, καὶ πρὸ τῶν δυνά-
(157) μεων τούτων οὐσία μία τε | καὶ πολλή, καὶ μεριστή τε καὶ ἀμέριστος[107]. διττοῦ δὲ τοῦ ἑνὸς πεφηνότος[108], καὶ τοῦ μὲν τῆς πρωτίστης ἡμῶν τῶν δυνάμεων ἄνθους ὄντος[109], τοῦ δὲ τῆς ὅλης οὐσίας κέντρου καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ἁπασῶν παντοίων δυνάμεων[110], ἐκεῖνο μόνον ἡμᾶς συνάπτει τῷ πατρὶ τῶν νοητῶν[111]· νοερὸν[112] γάρ ἐστιν ἕν, νοεῖται δὲ καὶ ἐκεῖνο ὑπὸ τοῦ πατρικοῦ νοῦ[113] κατὰ τὸ ἓν τὸ ἐν αὐτῷ. τὸ δὲ ἕν, εἰς ὃ πᾶσαι αἱ

**3** ἐπιβλη^τς V. **5** φέρονται B. φέροντ' i. e. φέροντες V. τινὰς B. τ^ας V. **8** ἀλλ' B. λλ oblitum in V. **10** ἐστιν B. avulsum in V. **13** οὕτως B. τως avulsum in V. ὑπερηρπασμένη B. **16** τούτων B. **17** ἀρρητότερον ὄντα λόγος B. ἀρρητο^τ ὄντα λ^ο (i. e. λόγος) V. **18** τὴν τὸν λόγον B. τ[illegible] . λό V. **19** ἐκθεώσεως B. ἐκθεω^τικ (i. e. ἐκθεωτικὴν) V. **21** ἄλλης B. ης detritum vel erasum in V. **25** νοὺς B. **29** ἄνθους, ὄντος δὲ, omisso τοῦ, B. **30** αὐτῶν B. **31** νοηρὸν B.



ψυχικαὶ δυνάμεις συννεύουσιν αὐτῆς[114], μόνον πέφυκε προσάγειν ἡμᾶς τῷ πάντων ἐπέκεινα τῶν ὄντων[115], καὶ αὐτὸ πάντων ὂν τῶν ἐν ἡμῖν ἑνοποιόν· καθὸ καὶ ἐρριζώθημεν κατ' οὐσίαν ἐν ἐκείνῳ[116], καὶ τῷ ἐρριζῶσθαι, κἂν προίωμεν, οὐκ ἀποστησόμεθα τῆς ἑαυτῶν αἰτίας[117].

233 r. (158) πρόκλου ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοσοφίας.

V. ἡ φιλοσοφία τήν τε λήθην καὶ ἀνάμνησιν τῶν ἀιδίων λόγων αἰτιᾶται τῆς τε ἀποφοιτήσεως τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν καὶ τῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐπιστροφῆς[118], τὰ δὲ λόγια τῶν πατρικῶν συνθημάτων[119]. συνᾴδει δὲ ἀμφότερα[120]. συνέστηκε γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν νοερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων[121], ὧν οἱ μὲν εἰσὶν ἀπὸ τῶν νοερῶν εἰδῶν, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων[122]· καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν νοερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων[123]. καὶ ὥσπερ πᾶσα ψυχὴ πάντων μέν ἐστι πλήρωμα τῶν εἰδῶν[124], κατὰ μίαν δὲ ὅλως αἰτίαν ὑφέστηκεν[125], οὕτω καὶ πάντων μὲν μετέχει τῶν συνθημάτων, δι' ὧν συνάπτεται τοῖς θείοις[126], ἀφώρισται δὲ ἡ ὕπαρξις ἐν ἑνί[127]· καθὸ συνάγεται πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ πλῆθος εἰς μίαν κορυφήν[128]. δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα
(159) ψυχὴ πάσης κατ' | εἶδος διέστηκε, καὶ ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ τὰ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστι. πρῶτον μὲν γὰρ καθ' ἓν εἶδος πολλῶν ἀτόμων ὑπόστασις ἑνοειδῶν περί τε τὴν ὕλην ἐστὶ καὶ τὰ σύνθετα τῶν ὄντων[130], μιᾶς ὑποκειμένης φύσεως ποικίλως τοῦ αὐτοῦ μετεχούσης εἴδους· ἔπειτα τὸ εἶναι τῆς ψυχῆς λόγος ἐστὶ καὶ εἶδος ἁπλοῦν[131], ᾗ οὐδὲν διοίσει κατ' οὐσίαν ψυχή τις ἄλλης[132], ἢ κατ' εἶδος ἂν διαφέρει[133]· ὃ γάρ ἐστι διοίσει μόνον· ἔστι δὲ εἶδος μόνον. ὅθεν δῆλον ὡς πᾶσα ψυχή, κἂν τῶν αὐτῶν ᾖ λόγων πλήρης[134], ἀλλ' ἓν εἶδος ἔλαχεν ἀφοριστικὸν[135] τῶν ἄλλων, ὥσπερ τὸ ἡλιακὸν[136] εἶδος χαρακτηρίζει τὴν ἡλιακὴν ψυχήν, ἄλλο ἄλλην.

τέλος.

**1** ὃ μόνον B. **3** ἑνοποιὸν B. ὸν ex ῶν corr. V. τὸ B. **6** μὲν pro τε B. τ[illegible] avulsum V. **8** ψυχικὴ B. **9** δὲ B. **10** ἀγάλματα. τὰ δὲ, τῶν B. **11** συνθημάτων B. των ex τα corr. V. **12** οὕτω B. οὕ avulsum in V. **14** διώρισται B. [illegible]φώ- prima litera avulsa V. **15** μίαν B. μ avulsum in V. **17** πολλῶν B. π avulsum in V. **19** μιᾶς B. μιᾶ avulsum in V. ποικίλως B. ποικι^λ V. ἐπεὶ B. **20** λόγος B. λ avulsum in V. ἢ B. **23** ἀφοριστικὸν B. ἀφορι[illegible] V. i. e. -κῶν. **24** ὥπερ B. puncto anteposito. **26** τέλος abest a V.

# Commentarius.

**1.** Verba *αὐλαὶ θεῶν*, sicut proxima *πανδεκτικὴ αὐλὴ πατρός*, sunt flosculi ex Oraculis decerpti, licet nexu suo soluti. (Oracula ubique dico chaldaica, nisi si oracula neoplatonica vel christiana expresse memorantur.) Illa de re dubitare nos non sinunt, quae Proclus iis explicandis adiicit: *αἱ ἀίδιαι τάξεις* (*εἰσίν*) et *ἡ πατρικὴ τάξις ἐστίν*, in quibus *εἶναι* significandi vim habet. Vid. Praefat. p. X adn. 2. Scripsi autem *θεῶν* pro *θείων* V, quia sedes deorum (*αὐλαὶ θεῶν*), quibus respondet *αὐλὴ πατρός*, aptius quam sedes rerum divinarum (*αὐλαὶ θείων*) finguntur. Sensu vulgari *αὐλαὶ θεῶν* templa deorum ap. Euripid. Ion. 184 sq. A Proclo quidem *τὰ θεῖα*, res divinae, saepius usurpantur, veluti inferius cap. 1 f. 231 v. *τῷ φωτὶ τῶν θείων*. — *ὑμνῳδὸς-τῶν θείων* (*ἡ ψυχή*). — *εἰκόνας τῶν θείων*. c. 5 f. 233 r. *συνάπτεται τοῖς θείοις*. Merum adi. *θεῖος* occurrit c. 1 f. 231 v. *τῶν θείων-δυνάμεων*. al. At *θεοί*, i. e. potestates divinae, superiores daemonibus et heroibus, a Proclo tam Platonis quam Oraculorum auctoritate celebrantur. Cf. v. c. Plat. Tim. 41 a, et praesertim Orac. 153 (ex Proclo in Tim. p. 124d), ubi *θεοί* formulae homericae *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε* sic usurpantur. De Proclo v. Haneberg. in Sitzungsberichte der philos.-philol. Classe der k. b. Akad. d. Wissensch. 1863. I. 4. p. 382; praeterea cf. Init. philos. ac theol. plat. ed. Creuz. t. 3 Ind. rer. cet. p. 368 sqq. et Ind. verb. ad Comm. in Plat. Remp. ed. Schoell. p. 189 b. Infra c. 5 f. 232 v. *τῆς ἀποφοιτήσεως τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν*. — Verba *καὶ οἰκήσεις* non ex Oraculis sumpta, sed a Proclo explicandae voci *αὐλαί* adiecta esse puto, ut *καί* sit grammaticum quod vocant et idem quod *ἤγουν* valeat (v. mea ad Eliam Cret. Comm. in Greg. Naz. oratt., Patrol. graec. Mignei t. 36 col. 880 n. 11), utque *οἰκήσεις* declarandis deorum sedibus exemplo Platonis Phaed. 114 c usurpentur. — In Oraculis a Fr. Patricio collectis, sed Zoroastri temere adscriptis, incertum an *αὐλαί* eodem sensu ponantur vs. 93 ex rec. Cler.: *Ὑπόκειται αὐταῖς ἀρχικὸς αὐλῶν*. Scilicet Damascius hoc oraculum prosa oratione duobus locis adfert opere De prim. principiis, in Plat. Parmenid., parte altera nuperrime demum a C. Ae. Ruellio, V. Cl., Parisiis edita, a me autem antea e cod. ms. Hamburg. meos in usus excerpta. Priore loco cod. Hamb. p. 338: *ὅτε* (*ὁ χρησμῳδῶν*) — *περὶ τοῦ ἀρχικοῦ πλήθους διαλέγεται, ὑποκέκληται αὐταῖς* (nim. *ταῖς ἀκρότησι*, de quibus antea), *ἔφη*, *ἄρχιος αὐλῶν*, ubi in marg. ad *ὑποκέκλ.* nota X rubro adpicta est. Scr. *ὑποκέκλιται* cum Ruellio Damasc. t. 2 p. 88, 8. *Ὑπόκειται* Patric. de suo et ceteri, etiam Taylorus Class. Ephem. t. 17 p. 249 (qui oraculum ex „Damasc. in Parm." adfert) et ex eo Coryus: Ancient Fragments, London 1832, p. 253. Altero loco cod. Hamb. p. 344: *ὁ ὑποκλειμένος* (l. *ὑποκεκλιμένος* cum



Ruellio l. c. p. 95, 21) *αὐταῖς ἄρχιος αὐλῶν*. Scripturam *ἄρχιος*, quam Damasc. etiam ex ed. Ruell. bis habet, item exhibent Patric. et Stanlei. Recte *ἀρχικός* Cler. et Tayl. l. c.; cf. quae apud Damascium priore loco praecedunt: *τοῦ ἀρχικοῦ πλήθους*. Idem p. 90, 10, sq. Ruell. *πολλοὶ-θεοὶ ἀρχικοὶ παραδέδονται*. Denique *αὐλῶν*, ut cod. Hamb. bis, Patr. Stanl. Cler. ed. I.; vertit tamen Patr.: pratum (quasi si *αὐλών* legerit); sic quoque Cleric. Not., qui ad *ἀληθείας πεδίον* et *λειμῶνα* Plat. Phaedr. 248 b provocat; inde Cler. ed. II. et Olear. *αὐλών* scribunt, quod ipsum Ruell. ll. cc. exhibet. (Eadem discrepantia in versu oraculi christiani ap. Wolff., Porphyr. de philos. ex orac. haurienda p. 233: *Ἀλλὰ πέλει πυρσοῖο θεοῦ περιμήκετος αὐλών*, ubi Wolff: „*αὐλῶν* B", ceterum tacens de voce *αὐλών*, i. e. meatus, canalis.) *αϋλων* Taylor. l. c. absque spiritu et accentu, more suo detestabili; *ἀϋλῶν* pessime Coryus l. c. Sed haec utcunque se habent, certe Oraculorum exemplo *αὐλαί* coelestes celebrantur a Synesio, qui in Hymnis saepe *χαλδαΐζει*, Hy. 3, 37. 710 = 4, 292 *Ἐπὶ σὰς αὐλάς*, et a Proclo Hy. 5, 6 *πυριφεγγέας αὐλάς*. Cf. meas Animadvv. in S. Basil. M. I. (Bern. 1842) p. 39.

**2.** Ad *τάξεις* cogitatione suppleas *εἰσίν*, quod haustum a proximo *ἐστίν*. Platonici ordines deorum, mentiumque et animarum coelestium voce *τάξις*, a re militari translata, declarare solent. Sic statim post: *ἡ πατρικὴ τάξις*. De hoc vocis usu deque eius fonte apud Plat. Phaedr. 247 a moneo in Dionysiacis (Alton. et Lips. 1889) p. 31. 49. Hac ipsa vi *τάξις* inferius in Oraculorum flosculo: *τάξιν ἄκλιτον*, ponitur, inque Orac. 6 *Ἀρχὴ πάσης τμήσεως ἥδε ἡ τάξις*. Quamquam haec sunt pedestria, nimirum Damascii, licet oraculum laudantis, opere De prim. princip., cod. ms. Hamb. p. 311 (ubi *τὴν νοητὴν τρίτην διακόσμησιν* tangit) *ἀρχὴ πάσης τμήσεως ἥδε ἡ τάξις κατὰ τὸ λόγιον*. Apud Damasc. De princ. ed. Ruell. t. 2 p. 56, 29 poetice *τμήσιος* scribitur et verba „*ἀρχὴ πάσης τμήσιος*" tanquam particula oraculi distinguuntur. Idem oraculum significatur cod. Hamb. p. 313: *ἐροῦμεν τὴν νοητὴν τὸ μὲν πάσης τμήσεως ἄρχειν κατὰ τὸ λόγιον*. Inde Orac. 57: *Ἡ νοητὴ πάσης τμήσεως ἄρχει*. Apud Damasc. p. 58, 20 sqq. Ruellius rursus *τμήσιος* scribit et verba *πάσης τμήσιος ἄρχειν* tanquam oraculi frustulum secernit. Pro *τὸ μὲν* recte *τομήν*, itemque *τμήσιος* scribitur in Damascio ap. Schoell. ad Proc. in Remp. p. 89, 10: „cf. Damascius in Parmen. Fol. 252 v. codicis (sec. Heitzium) *ἐροῦμεν τὴν νοητὴν τομὴν πάσης τμήσιος ἄρχειν κατὰ τὸ λόγιον*." Quae tamen prorsus aliena sunt a Proclo l. c., ubi sermo de principe angelorum, qui secundum oraculum quoddam materiam ab animabus discindunt. Tu potius cf. Synes. Hy. 2, 2 3sq. *Νοερῶν τε καὶ νοητῶν Ἄτομον τομὰν* —. 3, 214 *Νοερὰ τομὰ* — et sim., de quibus egi in Basilio M. Plotiniz. (Bern. 1838) p. 38. Sed haec obiter. Ex eo quem dixi usu vocis *τάξις* item explicandum illud in Orac. v. 249 sq. (ex Pleth. v. 2 sq. p. 17 Opsop., Oracula mag.

Zoroastr. Paris. 1599) — *ἐπὶ τάξιν ἀφ' ἧς ἐρρύης Αὖθις ἀναστήσεις.* (Psell. v. 16 p. 66 Ops. om. *ἀφ ἧς ἐρρύης*, neque in eius scholiis nisi ista: *ὅθεν ἀφίκετο,* huc pertinent.)

**3.** Verba *πανδεκτικὴ αὐλὴ πατρός* esse flosculum ex Oraculis decerptum et nexu suo solutum, supra iam monui (adn. 1 init.). Quo minus autem dubites, quin vox *πανδεκτική* simul cum verbis *αὐλὴ πατρός* ex Oraculis decerpta sit, attende quae Proclus ei explicandae subiicit: *ἡ πατρικὴ τάξις ἐστίν, ἡ πάσας ὑποδεχομένη καὶ συνέχουσα τὰς ἀναχθείσας ψυχάς.* Adi. *πανδεκτικός*, quo Lexica carent, haud magis poeticum aut usitatum est, quam *συνδετικός* in fragmento Oraculorum ap. Lyd. De mens. I, 1 p. 6 Roeth. —*ἁγνὸν Ἔρωτα, Συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνόν* —, unde Proclus in Alcib. I p. 64 Creuz. *τοῦτον-δὴ τὸν θεὸν* (*Ἔρωτα* dicit) *συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα καὶ τὰ λόγια καλεῖ*, ubi Creuzerus, qui haec perperam distinxit, haud vidit, verba *συνδετ. πάντ.* simul cum voce *ἐπιβήτ.* ad illud oraculum pertinere. — Cum dictione *αὐλὴ πατρός* comparo haec oraculi neoplatonici de morte Iuliani Imp. ap. Suid. v. *Ἰουλιανός: Ἥξεις δ' αἰθερίου φαέος πατρώιον αὐλήν*, et Procl. Hy. 1, 32 *Ὑψιτενοῦς-πατρὸς πολυφεγγέος αὐλῆς.* Plura ego Anim. in Basil. M. I p. 38 sq. *Διὸς αὐλή* similiter usurpatur a Proclo in Plat. Crat. p. 50 *πᾶσα-ψυχὴ νεοτελὴς ἐκ τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς εἰς τὴν γένεσιν κάτεισιν.* — Plena autem sunt Oracula exemplorum eius loquendi usus, quo summus Deus, parens universitatis rerum tam intelligibilium et intellectualium, quam adspectabilium, *πατήρ* nuncupatur, velut in frustulo c. 2 f. 231 v. extr. *ὕμνος-πατρός.* Alio nomine idem c. 4 f. 232 v. *θεὸς πάντων*, ubi v. adn. Idem loquendi usus obtinet apud Platonicos, praesertim Proclum, in cuius reliquiis hisce *πατήρ* identidem sic usurpatur, velut c. 1 sub fin., f. 231 v. quater, et in hisce c. 2 f. 232 r.: *ἀγαπήσωμεν τὸν πατέρα.* — *πατὴρ ὁδηγεῖ.* Plenius idem *ὁ πατὴρ τῶν νοητῶν* c. 4 f. 233 r. *ἐκεῖνο μόνον ἡμᾶς συνάπτει τῷ πατρὶ τῶν νοητῶν.* Nec non adi. *πατρικός* hoc sensu in Oraculis frequentatur, velut in frustulo c. 2 f. 231 v. *θέα-τῆς πατρικῆς μονάδος*, et c. 5 f. 233 r. *τῶν πατρικῶν συνθημάτων.* Idem usus vocis *πατρικός* apud Proclum, sicut nostro loco statim post in verbis *ἡ πατρικὴ τάξις. Πατρικὸς νοῦς*, in Oraculis item celebratus, apud Proclum occurrit c. 4 f. 233 r. *νοεῖται — καὶ ἐκεῖνο ὑπὸ τοῦ πατρικοῦ νοῦ.*

**4.** *ἀναθείσας* V secus: Proclus *ἀναχθείσας ψυχάς* vocat animas sursum ductas sive evectas ad coelestia; v. adn. 5 de verbo *ἀνάγειν.*

**5.** Haecce: *ἀγγέλων μερὶς ἀνάγει ψυχήν*, ex Oraculis decerpta sunt, id quod apparet ex proximo *φησί*, nim. *τὸ λόγιον.* Angelos in Oraculis omnino locum habuisse, intelligitur vel ex fragmento apud Olympiodor. in Phaed. p. 51 Finckh.: —*ἀγγελικῷ ἐνὶ χώρῳ*, i. e. in regione



angelorum. (Patric. vs. 267 hoc fragmentum cum alio ap. Olympiod. l. c. p. 31 temere conflavit.) — *Μερίς*, pars, hoc loco fere i. q. *τάξις*, ordo, de quo supra adn. 3. Synes. De provid. p. 97b *ἡ — θεία μερὶς ἐν τῷ κόσμῳ.* Communionis significatum vox habet in Orac. vs. 260 (Psell. 1 p. 53, Pleth. 27 p. 18) *Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.* (*Ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ* cet. melius Synesius De insomn. p. 140d, ita ut *ἐστί* ad *μερίς* supplendum sit.) Clericus Not. cum verbis *Ἔστι-μερίς* confert Act. 8, 2, sed phrasin e *κοινῇ* repetendam temere orientalem vocat. Portionem *μερίς* significat in oraculo christiano ap. Lact. 1, 7, 8: — *μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.* — In verbis: *ἀνάγει ψυχήν*, ut in superioribus: *ἀναχθείσας ψυχάς*, comparet usus verbi *ἀνάγειν* de eo quod est sursum ducere, evehere, nim. animas ad coelestia. Inde adi. *ἀναγωγός*, evehens ad coelestia, c. 1 f. 231 v. *διὰ τῆς ἀναγωγοῦ ζωῆς*, et med. *ἀνάγεσθαι*, evehi ad coelestia, de animabus usurpatum. Cf. mea in Basil. M. Plotiniz. p. 39 sq. Medium *ἀνάγεσθαι* occurrit in frustulo Oraculorum ap. Procl. in Remp. ed. Schoell. p. 53, 32 sq. loco lacunoso et corrupto: ..... (Schoell.: „fort. *ἄς δή*" nim. *ψυχάς*) *καὶ οἱ θεοί φασιν* (i. e. dii Oraculorum auctores aiunt) *τὴν γένεσιν* (i. e. materiam) *ἐπιστρεφομέν*[*ας*] *θητεύειν* (Orac. 249 ex Psell. 16 p. 66, Pleth. 2 p. 17), *ἀλλὰ δαμαστῷ* (leg. *ἀλλ' ἀδαμάστῳ* vel potius *ἀδαμάτῳ*) *αὐχένι* ........ *ἀνάγεσθαι πάλιν ἐντεῦθεν κατα* ..... (suppl. *καταλιπούσας* coll. adn. 36) *τὴν γένεσιν* (i. e. materiam, ut supra). In istis saltem flosculus poeticus: *ἀδαμάτῳ αὐχένι* et med. *ἀνάγεσθαι*, evehi, ex Oraculis petita sunt. Idem usus huius medii in oraculo ap. Olympiod. in Phaed. p. 208 Finckh. *τὸ λόγιόν φησι τὰς ψυχὰς ἀναγομένας τὸν παιᾶνα ᾄδειν*, quo respicitur p. 171 in istis: *μήποτε δὲ κατὰ τὸ λόγιον καὶ αὐτὸς τὸν παιᾶνα ᾄδων βούλεται ἀναδραμεῖν εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς*, ubi haec: *ἀναδραμεῖν εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς*, respondent medio *ἀνάγεσθαι* in oraculo. Ex illis: *παιᾶνα ᾄδειν*, vel ex verbo *παιανίζειν*, si quo modo expleri possit lacuna superius indicata ap. Proc. in Remp. p. 53, 33, alii videant. — Ceterum de negotio Angelorum animas ad coelestia evehendi Psellus Schol. in Orac. iuxta doctrinam Oraculorum haec profert, fortasse ex Procli Commentariis hausta, p. 61: *ἀφεικότα ἑαυτὸν ταῖς ἀναγούσαις ἡμᾶς ἀγγελικαῖς ἢ θειοτέραις δυνάμεσιν*, et p. 93: *Οἱ μὲν — ἀναγωγοὶ ἄγγελοι ἀνάγουσι τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑαυτὰς ἐκ τῆς γενέσεως ἐφελκόμενοι.* Iamblich. De myst. ed Parthey. 2, 6 p. 82, 5—7 de angelis minus honorifice sentit, et p. 81, 11—14 diis ipsis negotium illud tribuit, quod Oracula, Proclum si audias, angelorum esse volunt.

**6.** Stribligo *φ$^{\epsilon\varrho/}$* V orta ex male intellecto compendio vocis *φαίνουσα*, quam reposui. De confusis *φαίνω* et *φέρω* v. Boissonad. ad Proc. in Crat. p. 105 n. 318 meque ad Io. Glyc. De V. S. R. p. 64 inf.,

71 inf. Verba *φαίνουσα περὶ τὴν ψυχήν*, pariter ac praegressa *ἀγγέλων μερὶς ἀνάγει ψυχάς*, ex Oraculis decerpta esse, praeter *φησί*, nim. *τὸ λόγιον*, arguunt verba *τουτέστι περιλάμπουσα αὐτήν*, quibus a Proclo haec: *φαίνουσα* (nim. *ἀγγέλων μερίς*) *περὶ τὴν ψυχήν*, grammatice explicantur. Hesych. *Φαίνει· λάμπει.*

**7.** Haecce: *καὶ πλήρη ποιοῦσα* cet., ex Oraculis in prosam orationem detorta sunt; cohaerent autem non cum praegressis: *περιλάμπουσα αὐτὴν πανταχόθεν*, a Proclo de suo explicandi gratia adiectis, sed cum superioribus: *φαίνουσα — περὶ τὴν ψυχήν*, estque inde *τὴν ψυχὴν* ad *πλήρη ποιοῦσα* repetendum. *Πλήρη ποιεῖν* expressius dicitur quam *πληροῦν*, quod occurrit in Orac. 128: — *ζωογόνον πληροῖ τῆς Ἑκάτης κόλπον*, quae quidem sunt pedestria Procli in Tim. p. 128 b. Schneid., sed Oracula laudantis. — In verbis *ἀχράντου πυρός* primum comparet loquendi usus, quo natura summae divinitatis in Oraculis (velut in frustulo c. 1 f. 231 v. *πυρὸς ἀποπλήρωσις*), inque his Procli commentariis (c. 2 f. 232 r. ter) i g n i s nomine celebratur. Cf. adn. 42. Adde Proc. in Alcib. I p. 53. *οἱ τῷ θείῳ πυρὶ παραδοὺς ἑαυτόν*, et ex aliis scriptoribus, Oracula hac in re respicientibus, Iamblich. De myst. 2, 6 p. 82, 12 *τοὺς ἐπὶ τὸ πῦρ σπεύδοντας*. Synes. Hy. 3, 612—614 *Ἐμέθεν δέ, πάτερ, Χθονίου τε κλόνου Πῦρ μέσον εἴη.* — Adi. *ἄχραντος* recurrit in Oraculorum frustulo c. 2 f. 231 v. *εὐφροσύνη ἄχραντος*. Synes. Hy. 1, 10 sq. — *ἁγνὰ Σοφίας ἄχραντος ὠδὶς —*. Proc. Hy. 2 (in Musas), 4 *Ἀχράντοις τελέτησιν*, ad quae Maittair. Miscell. gr. carm. p. 151: „Suid. *ἄχραντον· ἀμόλυντον.* Athenae. ex Ionis Agamemnone, lib. 11 cap. 5 [imo 34 p. 468] *ἔκπωμα-ἄχραντον πυρί.*“ Vox poetica in scriptis platonicis semel occurrit, Alcib. I. 113 e. Ea Proclus crebro utitur, v. c. Suppl. comm. in Plat. Remp. ed. Reitzenst. p. 10, 17 *ταῖς διανοήσεσιν ἀχράντοις*. Plura exempla dabit Ind. verb. ad Comm. in Remp. ed. Schoell. p. 169 a. Adv. *ἀχράντως* idem habet Comm. in Alcib. I. p. 30. — Minus poeticum verbum *ἐνδιδόναι*, c. dat. et acc. pro *ἐντιθέναι* positum, occurrit in Orac. vss. 37. 38 — *νοῦν ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς*, a Patricio e corrupto loco Procli in Tim. p. 242 d haustis ac male digestis. — Verbis *τάξιν — δύναμιν* inest flosculus Oraculorum prosâ redditus. De voce *τάξις* v. supra adn. 3. *ἄκλιτον* V recte correctum ex *ἄλυτον*. Etenim *ἄκλιτος* idem valet quod *ἀκλινής*, de quo v. Basil. M. Plot. p. 43 inf. Flosculus *ἄκλιτος θεός* a Proclo Th. Pl. 5, 34 p. 321 sup. ex Oraculis adfertur. Voce *ἄκλιτος* inde adscita utitur Proc. in Remp. ed. Schoell. p. 120, 26 *τὴν μόνιμον καὶ ἄκλιτον ἕνωσιν.*

**8.** Hisce: *δι' ἣν — τῶν θείων*, praegressa: *τάξιν ἄκλιτον καὶ δύναμιν*, a Proclo explicantur et amplificantur. — Med. *ἐκροιζεῖσθαι*, i. q. *ἐξορμᾶσθαι* ap. Synes. De provid. p. 89 d in eadem re, prorsus insolitum est et Lexicis accedat. Proclus hanc vocem ex Oraculis adscivit; quam rem altius repetamus. Illic vs. 286 (Psell. 8 p. 62) *Μήνης ῥοῖζον*



*ἔασον —*, *ῥοῖζος*, proprie sonus stridulus, praesertim ex cito corporis cuiusdam motu, translate c i t u s m o t u s vocatur et i. q. *ὁρμή* valet. In proximis: *ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης*, verbum *τρέχειν* ad *ῥοῖζον* refertur, et recte Psellus p. 65 *Μήνης ῥοῖζον* interpretatur: *τὸ τῆς σελήνης εὔτροχον κίνημα.* Inde derivatur transitivum *ῥοιζεῖν*, i. q. *ὁρμᾶν*, Orac. 99 sq. (Proc. in Parm. p. 622. 730 Stallb.) *Νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ Παμμόρφους ἰδέας.* (Patricius ridicule vertit: s t r i d u i t.) Procl. in Tim. p. 97 b transitivum *ἐκροιζεῖν* eadem in re sic ponit: *τοῦτον ἐκεῖνον* (*τὸν δημιουργόν*) — *τὰ λόγια παραδίδωσι τὰ πλήθη τῶν ἰδεῶν ἐκροιζοῦντα.* (Bas. *ἐκριζοῦντα.* Schneider: „Fort.: *ἐκροιζοῦντα*“ optime.) Med. *ῥοιζεῖσθαι*, i. q. *ὁρμᾶσθαι*, c. praep. *ἐξ* exstat Orac. 108 sq. (Proc. in Parm. p. 622 Stallb.) (*ἰδέαι*) — *ὧν μία πηγή, Ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι.* (Patric. rursus ridicule: s t r i d e n t.) Inde Noster suum *ἐκροιζεῖσθαι* habet. Denique huc pertinet a subst. *ῥοῖζος* derivatum adi. *ῥοιζαῖος*, c i t u s, Or. 300 (Proc. in Remp. p. 380 Bas.) *φῶς — ῥοιζαῖον* (sic Patric. pro *ῥιζαῖον* Bas.; s t r e p e r u m idem insulse), quod VV. DD. male tentarunt. Cohaeret enim adi. neutr. *ῥοιζαῖον* cum proximo *ἑλιχθέν* et i. q. c i t o valet, adverbii vi positum, sicut *ἄκναπτον* in oraculo ap. Proc. in Crat. p. 63 *Ἄκναπτον στράπτουσιν —*. Wolffius, Porphyr. de philos. ex orac. haur. p. 233 illa oraculi: *φῶς-ῥοιζαῖον ἑλιχθέν*, apte componit cum hisce oraculi christiani: *Ἕρπων εἰλίγδην, ῥοιζούμενος —*, sed in verbis *ῥοιζέω, ῥοῖζος* de celeritate cum strepitu aeris coniuncta perperam cogitat. — In verbis *εἰς τὴν ὑλικὴν ἀταξίαν* Platonis exemplo *ἀταξία* de incondito statu materiae usurpatur. Cf. Tim. 30 a, Polit. 273 b, Epinom. 982 a. Id quod sit *κινεῖσθαι πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως* Plato Tim. 30 a materiae tribuit. Vid. Method. Platoniz. p. 115 sq. — In verbis *συνάπτεται τῷ φωτὶ τῶν θείων* apparet pervagatus apud Platonicos usus verbi *συνάπτειν* ad animae coniunctionem cum deo cumque rebus divinis translati. Porphyr. De abst. 2, 49 *δι' ὧν συνάπτεται τῷ θεῷ.* Proc. in Alcib. I p. 247 *καθ' ὃ μάλιστα τῷ θείῳ συναπτόμεθα.* et infra c. 4 f. 231 r. extr. *συνάπτεται ταῖς ὑπὲρ νοῦν ὑπάρξεσι.* f. 232. v. *τίνι ἂν ἔτι συναφθείημεν πρὸς τὸ ἓν —*; c. 5 f. 233 r. *συνάπτεται τοῖς θείοις.* Activo *συνάπτειν* sic utitur Plot. 6, 9, 8 *συνάπτομεν κατὰ* (del. *κατὰ*) *τὸ ἑαυτῶν κέντρον τῷ οἷον πάντων κέντρῳ.* 6, 9, 10 *ὥσπερ κέντρον κέντρῳ συνάψας.* Proc. in Alcib. I p. 33 *ἑαυτοὺς τῷ θεῷ συνάπτειν.* et infra c. 4 f. 233 r. *ἐκεῖνο μόνον ἡμᾶς συνάπτει τῷ πατρὶ τῶν νοητῶν.* Inde *συναφή* c. 4 f. 232 v. *εἰς τὴν πρὸς ἐκεῖνο* (*τὸ νοητόν*) *συναφήν.* Plura ad Eliam Cret. col. 769 n. 1.

**9.** Subiectum quod vocant verborum *συνέχει-ποιεῖ* repetendum ex superioribus: *ἀγγέλων μερίς*, et partic. *κουφίζουσα*, pariter ac praegressa *φαίνουσα — περιλάμπουσα — ποιοῦσα*, ad *μερίς* refertur. De particulis *καί — δέ*, v e r u m e t i a m, interposito aliquo vocabulo coniunctis

cf. Ast. Lex. Plat. I p. 424, qui hanc iuncturam in partic. *καί* t. II p. 125 neglexit. — Novissima: *θερμῷ πνεύματι κουφίζουσα*, ex Oraculis decerpta esse, apparet e proximis, ubi Proclus partic. *κουφίζουσα* verbis *καὶ ποιοῦσα μετέωρον* reddit (Hesych. *κουφίζει· μετεωρίζει*), nec non ex istis: *τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ θερμὸν* cet., quibus praegressa *θερμῷ πνεύματι* explicantur. In verbis *θερμὸν πνεῦμα* adi. *θερμός* vi morali usurpatur, sicut *τὸ θερμόν* c. 2 f. 231 v. *τῷ θερμῷ προσδράμωμεν*, ubi *τὸ ψυχρόν* eadem vi opponitur. Iambl. De myst. 2, 6 p. 81, 14 sqq. Parth. (*ἡ τῶν θεῶν παρουσία*) *τὸ μὲν ψυχρὸν ἐν ἡμῖν — ἀφανίζει, τὸ δὲ θερμὸν αὔξει* —. Vi naturali *θέρμη*, calor, a Proclo ponitur c. 3 med. f. 232 r. et in Plat. Rep. ed. Schoell. p. 30, 32. Eadem vis vocis in oraculo ap. Proc. in Tim. p. 124 d = 158 a. *Ψυχὴ ἐγὼ ναίω, θέρμη ψυχοῦσα τὰ πάντα*, quae Patric. Orac. 150 sq. luxavit; male idem *θερμή*. Tu v. Schneid. ad Proc. in Tim. p. 293 n. 13. Pessime Ast. Lex. Plat. II p. 63: „*θέρμα, ἡ*, calor", e Plat. Theaet. 178c, ubi *θερμά* neutr. plur. adiectivi *θερμός*. Verbum *κουφίζειν*, platonice de anima usurpatum, recurrit statim post et in oraculi frustulo c. 2 f. 231 v. Cf. Method. Platoniz. p. 46 n. 293.

**10.** De adi. *ἀναγωγός* deque eius originatione v. adn. 5.

**11.** Quamvis haec: *κουφίζεται δὲ ἅπαν* cet., de rebus corporeis dicta videri possint (cf. Plat. Crat. 423 a), tamen propter nexum disputationis magis probabile est, Proclum universe de natura animae aut ad coelestia sublatae aut ad terrestria vergentis loqui. De verbo *κουφίζειν* priore sensu usurpata modo dixi. — In verbis Procli: *τὸ σπεῦδον εἰς τὸν ἄνω τόπον, σπεύδειν*, festinare, ad animam translatum, ut in versu mutilo Orac. 215: *Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πατρὸς αὐγάς.* (Psell. 63 p. 101 et Pleth. 13 p. 17 *πρὸς* ante *πατρὸς* repetunt. Hadr. Iun. Adag. 3, 1 p. 239 probabiliter coniicit: *Πρὸς τὸ φάος χρή σε σπεύδειν καὶ πρὸς πατρὸς αὐγάς.*) Illo ex versu Iamblichum De myst. 2, 6 p. 48, 3 Gal., p. 82, 12 Parth. verba *τοὺς — ἐπὶ τὸ πῦρ σπεύδοντας* hausisse, scite monet Galeus Not. p. 211 a, quem Clericus Not. in Orac. tacite exscripsit. Oraculum ap. Proc. in Crat. p. 93 Boiss.: — *ὅσσοι γυμνῆτες ἄνω σπεύδουσι πρὸς ὕψος.* Plotin. 4, 3, 32 *ὅσῳ δὲ σπεύδει πρὸς τὰ ἄνω, πλειόνων αὐτῇ ἡ λήθη.* Proclus Hy. 2, 6 sq. *Καὶ σπεύδειν ἐδίδαξαν ὑπὲρ βαθυχεύμονα λήθην Ἴχνος ἔχειν.* Solemnes eiusmodi formulas ridet Lucian. Hermot. 5 — *ἀνελθόντας οἳ πάλαι σπεύδετε.* — *Ὁ ἄνω τόπος* est regio coelestis platonico vocis *τόπος* usu, de quo v. Method. Plat. p. 31 n. 204, p. 55 n. 340. Idem sibi vult *τὰ ἄνω* ap. Plot. l. c. — De verbo *βρίθειν*, gravare, platonice de rebus animam deorsum prementibus usurpato v. Meth. Plat. p. 54 n. 334. — Pass. *φέρεσθαι*, ut lat. ferri, omnem motum citatum declarat. Cf. Ast. Lex. Plat. III p. 477 sq., qui omisit Theaet. 173e *ἡ — διάνοια πανταχῇ φέρεται*, ubi var. *πέτεται*. Proclus infra c. 2 f. 231 v. *τῶν ἐν γενέσει*



*φερομένων*. c. 3 f. 232 r. *ἐᾶσαι — αὐτὴν — φέρεσθαι*. c. 4 f. 232 v. *εἰς δευτέρας φέρονται.*

**12.** In verbis initio positis: *τέλος - ἀνόδων*, quibuscum conferas Maxim. Tyr. Diss. 17, 10 *Τέλος δὲ τῆς ὁδοῦ*, *ἄνοδοι* sunt ascensiones animae ad coelestia. Cohaerent autem haec cum illis superioribus *ἀγγέλων μερὶς ἀνάγει ψυχήν* ita, ut, quum angeli animas ad coelestia sursum ducant, iam declaretur, quisnam adscendendi finis sit. Alias in hac re *ἄνοδος* et *ἐπάνοδος* magis quam *ἄνοδοι* frequentantur. Videas mea Dionysiaca p. 73. Oracula, ut saepe, imitatur Synes. Hy. 3, 589 sq. = 696 sq. *Νοεραῖς ἀνόδοις Ἐπιβαλλομέναν.* 632 sq. *Πυρίων ἀνόδων Κληιδοφόροι.* — In proximis: *μετουσία - θείων καρπῶν*, se prodit vocis *καρπός* plurali positae usus translatus, qui occurrit in Orac. versu 228 (e Proclo in Tim. p. 321 a) (*ψυχή*) *Ἐμπυρίων δρέπεται καρπῶν ψυχοτρόφον ἄνθος*, ubi male vulgo *ψυχότροφον*. Flosculum *ἐμπύριοι καρποί* inde habet Procl. l. c. p. 264 b (sol intelligibilis) *πληροῖ - τὰς ψυχὰς τῶν ἐμπυρίων καρπῶν.* Idem in Remp. ed. Schoell. p. 121, 23 *τὸ τῆς Ἀληθείας πεδίον — τῶν νοερῶν καρπῶν ἀποπληρωτικόν*, et in Crat. p. 51 (*ψυχήν*) *πάντων — οὖσαν ἐν ἐνδείᾳ τῶν θείων καρπῶν.* Singulari *καρπός* translate utitur Synes. Hy. 3, 639—41 *Πυρίων δ' ἔργων Καὶ τῆδε δίδου Μάρτυρα καρπόν.* Inde fluxit verbum *ἐγκαρπίζειν* Orac. 272 (ex Synesio De insomn. p. 135 b). — Deinde ista: *αὐτοφαὴς — πυρὸς ἀποπλήρωσις*, interpretor de plena communicatione ignis divini s. naturae divinae, quae ipsissima luce sua animam collustrat. Haecce autem ex Oraculis, licet oratione pedestri, decerpta esse arguunt verba a Proclo iis explicandis adiecta: *ἥτις ἐστὶν* cet. Adi. *αὐτοφαής*, quod a Lexicis abest, pariter formatum atque *ἀμφιφαής* in Orac. 62 (ex Damasc. De princ. p. 195 Kopp.) — *ἀλκῆς Ἀμφιφαοῦς δύναμις* —, et in Oraculorum frustulo: *ἀμφιφαὴς Ἑκάτη*, ap. Proc. in Tim. p. 179 e et Damasc. De princip. p. 379 Kopp., unde Synes. Hy. 2, 155 *ἀμφιφαὲς φῶς.* (In Orac. 300 Clericus et Taylor. Class. Ephem. t. 17 p. 255 *φῶς — ἀμφιφανές* scribunt; Cleric. tamen in Emendandis *ἀμφιφαές* legit, idque ipse in ed. II. et Olear. receperunt. Sed hae futiles sunt coniecturae; Patric. et Stanl. *ἀμφιγειήν* corrupte e Proclo in Plat. Remp. p. 380 Bas., ubi *ἀμφιγύην*, quod VV. DD. varie tentarunt.) Nostro tamen loco si quis *αὐτοφανής*, voce Lexicis item addenda, scribi malit, ego haud magnopere repugnabo. Iambl. De myst. ed. Parth. 2, 10 p. 92, 11 *τῆς αὐτοφανοῦς δείξεως*, ubi *αὐτοφανὴς δεῖξις* i. q. *αὐτοπτικὴ δεῖξις* 2, 6 p. 82, 16. Cf. 2, 10 p. 93, 1 *τὸ αὐτοπτικὸν πῦρ.* Id. 2, 10 p. 93, 12 *αὐτοφανέσι πνεύμασι.* Procl. in Plat. Remp. p. 59, 2 Schoell. *τὸ αὐτοφανὲς τῆς νοερᾶς* [*γνώσεως*]. Certe nostro loco sermo est de *θεοφανείᾳ*, quae simul animae *αὐτοψίαν* Dei praebet. Ceterum genit. *πυρός* ex aequo ponitur cum proximis *θεοῦ* et *πατρός*. De vocc. *πῦρ* et *πατήρ* sic usurpatis v. adn. 3 et 7.

**13.** *Θεοῦ ὄψις* est Dei contemplatio, usu vocis *ὄψις* platonico; cf. Ast. Lex. II. p. 501 inf. Reapse tamen hoc loco de *αὐτοψίᾳ* Dei sermo est, ut supra dixi.

**14.** Haecce: *ὡς ὑπ' ὄμμασιν* cet., in quibus *ψυχήν* ad *αὐτήν* cogitatione suppleas, non ad modo dicta: *ἥτις ἐστὶν* cet., sed ad superiora: *ἡ αὐτοφαὴς-ἀποπλήρωσις*, referuntur. In locutione *ὑπ' ὄμμασι τιθέναι*, in conspectu ponere, *ὑπ' ὄμμασι* sic usurpatur, ut in formula *ἐν ὄμμασι*, in conspectu s. in praesentia.

**15.** Ad Oraculorum effatum, quod Proclus adiectis verbis *κατὰ τὸ λόγιον* significat, refero haecce: *ὑμνῳδὸς — θείων — ψυχή*. Reliqua sunt Procli haec interpretantis. V post *ψυχή* distinguit (puncto, ut fere solet), quasi si verba *κατὰ τὸ λόγιον* ad proxima: *τὰ συνθήματα* cet., pertineant. Vocem *ὑμνῳδός* Proclus infra verbis *οἱ νοεροὶ καὶ ἀφανεῖς ὕμνοι* explicat. Flosculus oraculi adn. 5 ex Olympiodoro allatus, *παιᾶνα ᾄδειν*, cum hoc nostro solummodo comparandus est; neque enim probabile est Proclum illum flosculum verbis *ὑμνῳδὸς τῶν θείων* negligentius reddidisse. Idem valet de verbis *ὕμνος-πατρός*, quae ex Oraculis aliunde decerpta sunt c. 2 f. 231 v. Ceterum *τῶν θείων* verte: rerum divinarum; v. adn. 1.

**16.** Quae Proclus hic *συνθήματα τοῦ πατρός* nuncupat, idem c. 5 f. 233 r. iuxta Oracula *πατρικὰ συνθήματα* vocat, et quae hic *συνθήματα τὰ ἄρρητα*, illic sunt *ἄγνωστα συνθήματα*. Est autem in Oraculis *σύνθημα*, voce translata a tessera militari, (v. Rigalt. ad Onosand. p. 38 et Schwebel. ad eund. p. 89) signum, a summo Deo cunctis naturis mente praeditis (etiam humanis) inditum, quo illae eum agnoscant cumque eo copulentur: Orac. 140 (Damasc. De princ. p. 196 Kopp.) *Παντοῖον σύνθημα βάλλειν φρενί —*. (Kopp. l. c. e codd. *Παντοιάδος σύνθ. β. φρ.*) Ibid. 170 *Τ'ἄρρητα καὶ τὰ ῥητὰ συνθήματα τοῦ κόσμου*. (Haec Patric. ex pedestri oratione Procli in Tim. p. 84 b, licet theurgos, i. e. Oraculorum conditores, antestantis, qui tamen non *συνθήματα τοῦ κόσμου*, sed *ὀνόματα θεῖα κοσμικά* memorat, ab illis partim *ἄρρητα*, partim *ῥητά* vocata.) Ibid. 270 (Pleth. 12 p, 17) *Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ*, quo de versu plura adn. 119. *Σύμβολον* hoc sensu ex aequo ponitur Orac. 44 = 179 (Proc. in Crat. p. 23. 61) *Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρεν κατὰ κόσμον*. (Var. 218 — *ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς* ex Psello 53 p. 93 et Pleth. 49 p. 22, quorum tamen ille *ταῖς* omittit, hic *ἐνέσπειρε* scribit.) Ex Platonicis imprimis Proclus Oraculorum exemplo vocibus *σύνθημα* et *σύμβολον* promiscue sic utitur: Theol. Plat. 2, 4 p. 104 int. *Πᾶσι γὰρ ἐνέσπειρεν ὁ τῶν ὅλων αἴτιος τῆς ἑαυτοῦ παντελοῦς ὑπεροχῆς συνθήματα*. (Nemo iam non videt, Proclum his verbis ex Orac. 44 = 179, voce *σύμβολα* in *συνθήματα* mutata, profecisse.) Id. ibid. p. 105 sup. *εὑρίσκει τὸ σύμβολον τοῦ πάντων πατρός*. Redit *σύνθημα* ibid.: *πάντα-διὰ τοῦ προσήκοντος αὐτῷ* (nim.



summo Deo) *μυστικοῦ συνθήματος ἑνίζεται, — μόνον εἶναι τὸ ἐκείνου σύνθημα σπεύδοντα*. 5, 28 p. 308 med. *συνθήματα* similiter usurpantur. Ceterum cf. adn. ad Hymnum in Deum Plat. III (vs. 9 sq.).

**17.** Respondet *ἐνέθηκεν* verbo *ἐνέσπειρεν* apud Proc. Th. Pl. 2, 4 p. 104 inf. loco supra adscripto, ubi v. adn.

**18.** Confidenter *προόδῳ* pro *παρόδῳ* V scripsi; nam *πρόοδος* in eiusmodi argumento Proclo solemne est. Cf. Inst. theol. c. 29. 30. 31 p. 54. 56 Creuz. et c. 36. 37 p. 62 sq. Apud Proc. in Parm., Opp. ed. Cous. II. col. 1071, 3 *πασῶν τῶν τοῦ ὄντος προόδων, τὸ ὄν* i. q. *ἡ οὐσία* nostro loco.

**19.** De structura: *τοιοῦτοι-οἱ-ὕμνοι —, ἀνακινοῦντες —*, Platoni usitata, v. Bernhardy. Syntax. gr. p. 284. — *Ψυχή* dicitur *ἡ ἀναγομένη* ea vi verbi *ἀνάγειν*, de qua v. adn. 5.

**20.** Proc. in Plat; Remp. ed. Schoell. p. 25, 21 *τῆς οὐσίας-ἐν ἁρμονικοῖς ὑφεστώσης λόγοις*.

**21.** Verba *ψυχῆς βάθος*, sicut proxima *ὄμματα — πάντα*, ex oraculo quodam decerpta esse, Proclus voce *φησί*, nominat, (nim. *τὸ λόγιον*) indicat. Orac. 138 sq. (Pleth. 37 sq. p. 21) *Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ'ἄρδην Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω. Πάντα* vulgo secus; recte *Πάντ'* Pl. 38. Perverse Psell. 41 sq. p. 85 — *ὄμματα δὲ πάντα Ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω*. Compilavit autem Psellus p. 85 sq. haec Nostri: *ψυχῆς βάθος — ἐνεργείας*, simul cum proximis: *τὸ γὰρ ὄμμα — ὀρέξεως*, ita ut *εἰσίν* pro *φησί* scriberet et accusativos *τὰς τριπλᾶς* cet. in nominativos commutaret. Reliquae discrepantiae apud Psellum sunt istae: *γνωστικὰς*] male om. — *νοητάς*] *αἱ διανοητικαί*, recte, unde *διανοητικάς* reposui. Psellus p. 77 *καὶ ἀπὸ τῆς νοερᾶς δυνάμεως* (*τῆς ψυχῆς*), *καὶ ἀπὸ τῆς διανοητικῆς, καὶ ἀπὸ τῆς δοξαστικῆς*. (Post *νοητὰς* m. 1 V *γνωστικὰς* temere addidit, sed transversa lineola delevit.) — *πάντα*] om. — *αὐτῶν*] Sic quoque Ps.; sed rescribo *αὐτῆς*, ut haec: *τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς ἐνεργείας*, a superioribus: *τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς δυνάμεις*, ex adverso distinguantur. Proc. in Remp. p. 49, 4 *τὰς ἐνεργείας τῆς λογικῆς ψυχῆς τὰς νοερὰς καὶ διανοητικὰς καὶ τὰς ὀρθὰς δόξας*. — *τὸ γὰρ*] *τὸ μὲν γὰρ* praeter necessitatem, quamvis *ἡ δὲ ζωὴ* sequatur. Cf. adn. 118. Dein Psellus, missis verbis *τριπλᾶ δὲ ἑκάτερα* ita pergit, oraculum supra allatum respiciens: *ἀνοιγέσθω οὖν, φησί, τὸ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον βάθος, καὶ τὰς γνωστικάς σοι* (l. *σου*) *δυνάμεις ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω, καὶ ὅλον σαυτόν, ἵνα τὸ ἡμεδαπὸν ἐρῶ* (i. e. ut christiana formula utar), *μετάθες ἐπὶ τὸν κύριον*. Pselli illud *ἀνοιγέσθω* confirmat optimam scripturam *οἰγνύσθω*, quam cod. Vat. 1026 in Orac. 138 loco vulgati *ἡγείσθω* exhibet. Mendae ortum prodit *Ἡγνίσθω* codicis Par. 1182. Omnino recte habet imago aperiundae profunditatis; contra *βάθος* inepte *ἡγεῖσθαι* dicitur. Oraculi illud *οἰγνύσθω ψυχῆς βάθος* Proclum respexisse coniicias De provid. et fato ex vet.

vers. lat. Opp. ed. Cousin. Par. 1820 t. 1 p. 41: Ipsum aiunt imum animae — excitantem. Quamquam Cousin. ed. II. Par. 1864 col. 171, 39 scribit: Ipsam aiunt unum animae cet. Praeterea in oraculo *ἐκπέτασσον* pro vulg. *ἐκπέτασον* scribendum. Cum verbis *ὄμματα — ἐκπέτασσον ἄνω* conspirant haec Procli in versibus ap. Marin. V. Pr. p. 23 Boiss.: (*ψυχή*) *νόον ἀμπετάσασα.* Ceterum Platoni et Platonicis usitatum *ψυχῆς ὄμμα* (v. Anim. in Basil. M. p. 188 et adde Naumach. Praec. coniug. 6 *ψυχῆς ὄμμα φαεινὸν ὑπὲρ βιότοιο χέουσαν*, l. *ἔχουσαν*); sed Plato *ψυχῆς ὄμματα* nonnisi de pluribus hominibus dicit, Soph. 254a.

**22.** Diductis literis distinxi verba: *γῆ-ἀφ' ἧς δεῖ κουφίζειν τὴν καρδίαν*, quippe frustulum Oraculorum, in quibus tamen hodie nullum eius vestigium comparet; proxima: *τὰ ὑλικὰ πάντα* cet. a Proclo interpretationis gratia adiecta sunt, omisso, sed facile intelligendo *ἐστίν* vel *εἰσίν.* Coniicio autem, verba a Proclo ex Oraculis allata hoc hemistichium effecisse: *Γῆς δ'ἄπο κούφισον κραδίην* —. vel: *Κούφισον κραδίην γαίης ἄπο* —. De verbo *κουφίζειν* v. adn. 9.

**23.** Quod Proclus vocem *γῆ* interpretatur *τὰ ὑλικὰ πάντα:* eadem vis huius vocis infra hoc capite in hisce Procli: *καταλίπωμεν γῆν, ῥέουσαν οὐσίαν* (v. adn. 36), et in oraculi verbis c. 3 f. 232 r. *καταβαλεῖν εἰς γῆν* (v. adn. 50). — *τὰ ποικίλα* Proclus deteriore sensu dicit varia et mutabilia. Id. in Alcib. I. p. 244 Creuz. *τὸ ποικίλον καὶ ἔνυλον εἶδος τῆς ψυχῆς*, et in Remp. p. 68, 10 Schoell. *τῆς ἐνταῦθα ποικιλίας.* — *Γένεσιν* Proclus tum hoc loco, tum c. 3 init. f. 232 r. (ter) dicit naturam corpoream, quippe ortui obnoxiam, sive materiam; quo sensu haec vox Platonicis usitata est. Vid. Boissonad. ad Marin. V. Pr. p. 104 et adde Procl. in Plat. Remp. locis a Schoellio Ind. Verb. p. 170b sq. consignatis, qui V. D. *γένεσιν* hanc in terris vitam secus interpretatur. — De pass. *φέρεσθαι*, agitari, v. adn. 11. Eo autem aptius Proclus de rebus, quae in materia agitentur, loquitur, quod materia ipsa *φέρεσθαι* s. *κινεῖσθαι* dicitur. Vid. Method. Plat. p. 115 sq. n. 721.

**24.** *Τύπος σωματικός* tam forma corporea, quam notio corporea s. sensilis intelligi potest. Priore significatione vocem *τύπος* ponunt Aristid. Quintil. De mus. II. p. 77 m. Meib. (anima e coelis descendens) *ἐς — τὸν τοῦ ἐλύτρου* (corpus dicit) *τόπον τε καὶ τύπον — σχηματίζεται*, et Dionysius, vulgo Areopagita, De div. nom. 1, 1, cui homines *οἱ ἐν πλάσει καὶ τύπῳ.* Quod idem ibid. *τὰ ἀτύπωτα* vocat incorporea, hoc hausit ex Orac. 86 *Τὰ ἀτύπωτα τυποῦσθαι*, quae quidem est prosa Procli, sed Oracula laudantis, apud Simplic. in Aristot. Phys. f. 143 r. Ibi *τυποῦσθαι* est sub corporis forma repraesentari. Porro Orac. 299 (ex Proc. in Remp. p. 380 Bas.) — *πῦρ ἀτύπωτον* — i. e. ignis incorporeus. Altera potestas, qua *τύπος* notionem animo extrinsecus impressam declarat, obtinet apud Proc. in Remp. p. 123, 33 Schoell. *οἱ τύποι τῶν αἰσθητῶν.* Fortasse Proclus nostro loco verbis *πᾶς τύπος σωματικός* utramque vocis significationem complexus est.



**25.** Proclus voce *οἷς* obscurius significat, quae supra ex Oraculis de anima ad contemplationem erigenda, deque eadem rebus terrestribus levanda docuit, et iam verbis *ἕπεται* ea quae inde consequantur secundum Oracula indicat.

**26.** Verba *θέα-πατρικῆς μονάδος*, sicut proxima *εὐφροσύνη-ἄχραντος* et *εὐστάθεια* (f. *εὐπάθεια*, v. adn. 28) ex Oraculis, licet prosâ, decerpta sunt. *Θέα* vox platonica, contemplatio, (v. Dionysiaca p. 40) in nostris Oraculis haud exstat; occurrit vero formula *πατρικὴ μονάς* Orac. 1 (Proc. in Alcib. I. p. 51 Creuz. et in Euclid. f. 27 Bas. = p. 98, 17 Friedl.; ap. Psell. exstare Patric. falso ait) — — *ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστί.* Male vulgo *Ὅπου* et *μονάς ἐστι.* De adi. *πατρικός* v. adn. 3. Per se *μονάς* commemoratur Orac. 2 (Proc. in Eucl. l. c.) — *ταναὴ μονάς, ἣ δύο γεννᾷ.* (male vulgo *Ταναή ἐστι μονάς* cet.) itemque Or. 5 (Damasc. De princ. p. 116 Kopp.) *Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει.* (*Πάντι* foede Cler.)

**27.** *ἐπ' αὐτὴν* V non minus est soloecum, quam si dicas *εὐφραίνεσθαι ἐπί τι* pro *ἐπί τινι* vel *τινί.* De *ῑ* adscripto in *ν̄* commutato v. Method. Plat. locis Ind. p. 142b indicatis. Poeticum subst. *εὐφροσύνη*, quo iam Homerus usus est, in nostris Oraculis non occurrit, hîc vero de coelesti animi voluptate usurpatur, sicut in oraculo neoplatonico de obitu Plotini apud Porphyr. V. Pl. c. 22, vss. 37 et 46, posteriore loco numero plurali. Cf. Basil. M. Plot. p. 34. Adi. *ἄχραντος* adn. 7 attigi. Ceterum *αὐτῇ* ad superius *θέα* refertur.

**28.** Subst. *εὐστάθεια*, quod in nostris Oraculis non comparet, haud magis poeticum est quam *εὐσεβία*, quod tamen ibi occurrit; significat autem *εὐστάθεια* translate firmum animi statum. Cf. meas Anim. in Basil. M. I. p. 88. Quae Proclus adiicit: *ἀπὸ τῆς νοερᾶς ταύτης περιωπῆς*, declarant causam illius status, qui nimirum ex mente in contemplatione Dei defixa redundat. Attamen, nisi tautologiam quandam vocum *εὐφροσύνη* et *εὐπάθεια* obstare putes, hanc pro illa scribendam esse coniicias, nimirum eo ex usu posterioris vocis, de quo v. mea Dionysiaca, p. 34 et cuius apud Proclum in Plat. Remp. locis a Schoellio Ind. verb. p. 186a consignatis exempla reperiuntur. Certe *εὐστάθεια* non magis poeticum est quam *εὐπάθεια*, et verba *ἀπὸ τῆς νοερᾶς ταύτες περιωπῆς* huic voci non minus apta sunt quam illi. — *Περιωπή* vox Proclo perquam usitata est et apud eum plerumque sensu translato altam et tanquam ex specula contemplationem, rarius aliquam considerationem significat. Prioris significationis ansam dedit Plato loco celeberrimo Polit. 272e. *εἰς τὴν αὑτοῦ περιωπὴν ἀπέστη*, ubi *περιωπή* est platonicum *ἅπαξ λεγόμενον.* Eum locum respiciunt Numen. ap. Euseb. P. E. 11, 18, 4 *μεταστρέφοντος-εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν τοῦ θεοῦ.*

Damasc. De princip. ed. Kopp. p. 308 *ὁ νοητὸς θεὸς — διέμεινεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὡς ἀληθῶς ὑπερκόσμῳ* (l. *ὑπερκοσμίῳ*) *περιωπῇ.* Inde Proclus in Alcib. I. p. 19 Creuz. *ἀνάγει-αὐτὸν-εἰς τὴν τῆς Σωκρατικῆς ἐπιστήμης περιωπήν.* (v. ibi Creuzer.) p. 31 *μεταστήσεσθαι πρὸς τὴν τοῦ θείου περιωπήν.* p. 83 *δοκεῖ-ὁ Σωκράτους δαίμων περιάγειν-αὐτὸν εἰς τὴν νοερὰν περιωπήν.* Id. in Crat. p. 66 *διὰ-τῆς εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιοπήν* (l. *περιωπὴν*) *ἐπεστραμμένης ζωῆς.* (verbis *εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπήν* aperta inest imitatio Platonis Polit. l. c.) p. 68 *εἰς τὴν τῶν πρωτίστων νοητῶν περιωπήν.* p. 94 *τὰ μήκη καὶ πλάτη τῆς Κρονίας περιωπῆς θεωρῶν.* al. saepissime. Sic Damascius quoque De princip. ed. Ruell. t. 2 p. 95, 1 *κατὰ τὴν-ἑνοειδῆ τοῦ νοῦ περιωπήν.* De c o n s i d e r a t i o n i s significatione cf. Ind. verb. ad Procli Comm. in Remp. ed Schoell. p. 213a, ubi tamen prioris significationis exemplum ex Proclo in Crat. p. 68 admixtum; plura ex aliis scriptoribus Creuz. l. c. et ego ad Io. Glyc. p. 80. Alia de metaphora nominis *περιωπή* Boissonad. ad Aeneam Gaz. p. 182 sq. Nostro loco *νοερὰ περιωπή* respondet praegresso *θέα* et altam mentis contemplationem, ut apud Procl. in Alcib. I. p. 83 l. c., significat.

**29.** Pro *κινήσεως* V scripsi *νοήσεως*, ut voces *νοήσεως — εὐφροσύνης* respondeant superioribus *θέα — εὐφροσύνη*, utque *νόησις* (v. Ast. Lex. Plat. II. p. 384) idem sit ac *θέα*.

**30.** Recurrit adi. *εὔλυτος*, e x p e d i t u s, de re metaphorice usurpatum c. 2 extr. f. 232 r. *ἔχομεν εὔλυτον ὁδὸν εἰς ἀνέλευσιν.* Proc. Th. Pl. 6, 16 p. 390 sup. *τὴν εὔλυτον καὶ ἐνεξουσιάζουσαν τοῖς ὅλοις ἐνέργειαν.* Subst. neutr. *τὸ εὔλυτον* id quod natura sua omni vinculo liberum et expeditum est metaphorice declarat apud Proc. in Parm. ed. Stallb. p. 518 sup. *τὸ ἕλκον ἀπὸ τῶν φαινομένων ἐπὶ τὸ ὂν καὶ εὔλυτον.* Th. Pl. 6, 16 p. 393 int. (*δυνάμεις*) *ὅσαι — τὸ εὔλυτον ἐπιλάμπουσι ταῖς τῶν δευτέρων προνοίαις.* Dionys., vulgo Areop., Coel. Hier. 15, 3 p. 130d. *τὸ — ἀνυπόδετον* (*ἐμφαίνει*) *τὸ ἄφετον καὶ εὔλυτον καὶ ἄσχετον.* Nec non de personis *εὔλυτος* metaphorice usurpatur: Orac. 277 (Psell. 62 p. 101, Pleth. 16 p. 18) *Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοοι εὔλυτοί εἰσιν.* Significantur homines (non *δυνάμεις* quaedam, ut vult Psell. l. c., vel *λόγοι* quidam, ut ait Pletho Schol. p. 30), qui animam a corpore segregant, ab eo respirant et expediti sunt, nimirum ad sectanda divina. In Oraculorum frustulo ap. Cram. Anecd. Ox. t. 3 p. 182 *εὔλυτα φέγγη* fortasse astra tanquam animantia propter eorum cursum expeditum vocantur. Proc. in Parm. p. 808 inf. *φέρεται-εὔλυτος ὁ πρὸς αὐτὸ τὸ ὂν ἁμιλλᾶσθαι δυνάμενος.* Plura de vocc. *εὔλυτος, εὐλύτως* metaphorice usurpatis Gatak. ad M. Ant. ed. Lond. 3, 5 p. 100a, b. 3, 7 p. 109b et Wyttenb. Ind. Graecit. Plutarch. his vv.

**31.** Frustulum Oraculorum verbis *ὕμνος — πατρός* inesse, patet ex interpretatione a Proclo iis adiecta: *οὐ λόγοι σύνθετοι* cet. (intellige



*εἰσίν*). Insolite autem *ὕμνος* c. gen. pro *εἰς* c. acc. ponitur; sic tamen Plat. Leg. 7. 801 d. *ὕμνοι θεῶν.* Cf. Bernhardy. Synt. gr. p. 161. De re v. adn. 14.

**32.** *ἔργα* hîc et in proximis intellige *ἱερὰ ἔργα*, quae Procl. in Remp. p. 31, 31 vocat, i. e. r i t u s s a c r o s.

**33.** *καινῇ* (*κενῇ* corr.) V. Prius praestare statim videbimus. Dein *καταιγίδι*, quod in cod. V laesum, e cod. B rescripsi. Porro *τῷ.* V mendose pro *τὸν*, quod, quippe ad *δεσπότην* pertinens, reposui. — Verbis *καινῇ ῥημάτων καταιγίδι*, n o v i c i a p r o c e l l a v e r b o r u m, Proclus psalmos et litanias Christianorum, paganis res novicias et importunas, perstringere videtur; cf. adn. 34. *Καταιγίς* (Seneca Q. N. 5, 17 Cataegis), proprie ventus procellosus, ad res improvise irruentes transfertur. De subita orationis conversione Longin. De subl. 20, 3: *ὡς αἱ καταιγίδες*, ubi VV. DD. tacent. Schneid. Lex. v. *καταιγίζω*: „*καταιγὶς πραγμάτων*, Nicet. Annal. 3, 7.“ — *Λόγων ἀληθῶν δεσπότης*, d o m i n a t o r o r a t i o n u m v e r a r u m, Deus insolita metaphora vocis *δεσπότης* vocatur. Conferas Proc. in Remp. p. 29, 11 *γενέσεως—, ἧς ὁ Ἥλιος δεσπότης*, quod tamen paullo longius dissitum. Infra Deus per se *δεσπότης* nuncupatur; v. adn. 38.

**34.** *μὴ δὲ* V, scriptura librariis usitata, pro *μηδὲ* (v. Bast. Comm. palaeogr. p. 826); posterius propter praegressum *μή*, ad quod *μηδὲ* refertur, reposui. — Ad compendium scripturae in cod. V neque *φαντάσμασι* neque *φαντασίαις* proxime accedit, sed *φαντάσει*, quod exhibeo. Rarissima voce *φάντασις* utitur Plotin. 3, 6, 13 extr. et 3, 6, 17 init. — Videtur autem Proclus verbis *ἔργων — κεκαλλωπισμένων* artificiosam pompam sacrorum christianorum tangere, voce *ἔργα* eodem sensu ac supra (v. adn. 32) usurpata; cf. adn. 33.

**35.** *Ἀνατίθημι*, proprie s u s p e n d o, trop., ut hîc, c o n s e c r o, utraque significatione a Platone frequentatur; v. Ast. Lex. I. p. 159. — Quae Platoni Theaet. 176b est *ὁμοίωσις θεῷ*, adiecta restrictione *κατὰ τὸ δυνατόν*, eam Noster expressius et absolute vocat *τὴν εἰς αὐτὸν* (*τὸν θεόν*) *ἐξομοίωσιν.* Aliis *ὁμοίωσις θεοῦ* vel *ἀφομοίωσις πρὸς τὸν θεόν* placuit. Vid. Method. Plat. p. 13 n. 84 et Dionysiaca p. 20. — Quae dehinc usque ad finem capitis II. sequuntur, propter illa: — *ἀναθῶμεν — καταλίπωμεν — ἔλθωμεν* cet. sim. eiusmodi sunt, ut a Proclo non tam lectoribus, quam auditoribus eumque in finem scripta videantur, ut coram illis publice et cohortationis causa praelegerentur. Sane haec, formâ quidem orationis, similia sunt eorum quae homiletae christiani proferunt. Quamobrem Proclus suos Commentarios in Oracula (v. Praefat.), quorum hae sunt reliquiae, omnino praelectionum in usum scripsisse censendus est.

**36.** *Γῆν* Proclus *τὰ ὑλικὰ πάντα* dicit, quam vim vocis in oraculo quodam esse supra docet; v. adn. 23. — De fluxa rerum corporearum

natura, in qua declaranda solemne est ῥεῖν, Plato secundum Heracliteos docet: Crat. 411c ῥεῖν καὶ φέρεσθαι (τὰ πράγματα). 439c ὡς ἰόντων ἁπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων. 440c (ὡς) πάντα ὥσπερ κεράμια ῥεῖ. Theaet. 182c κινεῖται καὶ ῥεῖ-τὰ πάντα. Cf. Meth. Plat. p. 74 n. 437, p. 75 n. 440. Nec non ῥεῦμα eadem de re platonice usurpatur; v. Meth. Plat. p. 29 n. 193. Adde Iambl. De myst. p. 251, 1 Parth. μετὰ τῶν ἀστάτων τῆς ὕλης ῥευμάτων. — Cum formula καταλείπειν γῆν confer geminam καταλείπειν γένεσιν, de qua apud Procl. in Remp. p. 53, 33 sq. restituenda supra monui (v. adn. 5). Huc pertinet illud Synesii Hy. 1, 133 (ψυχά) Χθονὶ τὰ χθονὸς λιποῖσα.

**37.** De vitae proposito voc. σκοπός usurpat Plato Gorg. 507 d. Phil. 60 a. Rep. 7. 519 c. al. De coniunctione cum Deo tanquam vitae proposito loquitur oraculum neoplatonicum de morte Plotini apud Porphyr. V. Pl. c. 22 vs. 22: Πολλάκις ἐκ μακάρων φάνθη σκοπὸς ἔγγυθι ναίων, ad quae Porphyrius: τέλος γὰρ αὐτῷ καὶ σκοπὸς ἦν τὸ ἑνωθῆναι καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ.

**38.** δεσπότης hîc alio et inusitato nomine i. q. θεός. Universe quidem Plato, Pythagoreos secutus, aliquoties de diis tanquam δεσπόταις, dominis, hominum loquitur; v. Ast. Annot. in Phaedr. (273e) p. 589 et in Phaed. (62b) p. 520, meque Anim. in Basil. M. I. p. 98 sq. Sed idem uno tantum loco, videl. Phaed. 62d, verbis φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου dominum, qualis Deus cogitandus sit, declarat (v. Ast. Annot. in Phaed. p. 522 inf.), qua in re cum more christiano Deum nuncupandi mire consentit. Vid. Anim. in Bas. M. I. p. 99 sq. et Schleusner. Lex. N. T. ed. IV. t. 1 p. 579 v. δεσπότης a.

**39.** τὸν πατέρα dicit τὸν θεόν, Oraculorum loquendi usu a Platonicis adoptato (v. adn. 3), cuius statim post in verbis πατὴρ ὁδηγεῖ exemplum recurrit. Nihilo minus haec sic coniuncta: ἀγαπήσωμεν τὸν πατέρα, colorem quendam christianum habent, siquidem formula ἀγαπᾶν τὸν θεόν, a Platone prorsus aliena, in N. T. frequens est. Vid. Schleusn. l. c. t. 1 p. 11 v. ἀγαπάω 5. Quid? quod Christus de se ipso Ev. Io. 14, 31: ἀγαπῶ τὸν πατέρα. Nolim tamen ideo in verbis ἀγαπ. τ. π. manum interpolatoris christiani suspicari, quum haec cum Procli oratione apte cohaereant.

**40.** Pro soloeco πειθῶμεν V scripsi πειθώμεθα. Propter accentum tamen coniicias πειθαρχῶμεν. Ad rem Psellus Schol. in Orac. chald. p. 61, fortasse e Proclo: ἀπολυπραγμονήτως καὶ ἀνενοήτως (l. ἀνενν. cum cod. Par. 1182) ἕπεσθαι τῷ καλοῦντι θεῷ.

**41.** Sensu morali opposita τὸ θερμόν et τὸ ψυχρόν supra attigi adn. 9.

**42.** Formula πῦρ γενέσθαι haud magis offensionem habet quam illa Platonicis celebrata θεὸν γενέσθαι (v. mea ad Greg. Nyss. De anima et resurr. ed. Krabing. p. 348 sq.), quae reapse idem valet,



siquidem πῦρ in Oraculis indeque apud Platonicos i. q. θεός, qua vi posita vox deinceps bis recurrit. Vid. adn. 7.

**43.** E proximis ὁδὸν εἰς ἀνέλευσιν (v. adn. 44) liquet, Proclum verbis διὰ πυρὸς ὁδεύσωμεν de ascensu ad Deum ope eius perficiendo loqui.

**44.** De adi. εὔλυτος in verbis εὔλυτον ὁδόν v. adn. 30. — Ἀνέλευσιν Proclus voce minus usitata nominat ἄνοδον sive ἐπάνοδον Platonicorum, i. e. ascensum ad Deum, de quo v. adn. 12.

**45.** De structura ὁδηγεῖ, (ὥστε) — ἀναπτύξασθαι v. Bernhardy. Synt. gr. p. 365. — Πυρὸς ὁδούς, ignis vias, Proclus dicit eas, quae Synesio Hy. 3, 633 sunt πύριοι ἄνοδοι.

**46.** Haec verba propter traiectiones obscuriora sunt; tu ista compone: ταπεινὸν-χεῦμα et ἐκ Λήθης-χεῦμα. Scripsi autem Λήθης pro λήθης V; etenim Λήθην intellige Λήθης ποταμόν, Oblivionis fluvium. Hunc Plato Rep. 10. 621c alio nomine eum vocat, quem paullo ante Ἀμέλητα ποταμόν, Socordiae fluvium, nuncupat, ex quo animas, priusquam corporibus illabantur, bibere indeque vitae ante actae oblivionem haurire fingit. Astius Comm. p. 634 parum prodest. Tu cf. de hoc figmento disputantem Eustathium Antiochenum ap. Mai. Nov. Coll. t. 7 p. 85b cum adnot. editoris, haec ex papyris aegyptiis illustrantis, cui addas Creuz. Annot. in Plot. p. 263b. Inde λήθαιον πόμα et similia celebrantur: Synes. De insomn. p. 139c εἰσελθούσῃ δὲ εἰς τὸν βίον ψυχῇ λήθαιον ὀρέγεται πόμα τὸ τῇδε ἡδὺ καὶ μείλιχον. Id. Hy. 1, 96 de mente humana: Δνοφερὰν ἤρυσε λάθαν. Hy. 3, 658 sq. de anima: Ἰδίων τ' ἀγαθῶν Ἔπιεν λάθαν. Proc. in Alcib. I p. 189 (ψυχαί) τῷ-τῆς λήθης πόματι κρατούμεναι. in Crat. p. 2 τοῖς-πολὺ τὸ τῆς λήθης ὕδωρ ἐμφορηθεῖσιν. Cf. Boisson. ad Marin. V. Pr. p. 79. Verum enimvero Proclus nostro loco non de lethaeo potu, sed de ipso Lethes fluvio loquitur; nimirum ille secundum Plotinum 4, 3, 26, cui natura corporis mobilis et fluxa est Lethaeum flumen, et Iamblichum De myst. 3, 20 p. 148, 14, qui corpus Ἀμέλητα ποταμόν et Λήθης ὕδωρ vocari posse ait, Λήθης ποταμόν ap. Plat. l. c. corpoream naturam interpretatur, Comm. in Remp. p. 335, 15 Bas., laudatus a Schneidero ad Polit. t. 3 p. 304: ἐν Πολιτείᾳ τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν ἀπεκάλεσε πᾶσαν τὴν γενεσιουργὸν φύσιν, ubi χύσιν legit Schoell. haec comparans cum Proc. in Pol. p. 51, 15 ὁ δὲ τῆς Λήθης ποταμὸς (δηλοῖ) πᾶσαν τὴν ῥύσιν τῶν ἐνύλων. Adde eundem p. 126, 3 sqq. Vetat igitur Proclus verbis: μὴ ταπεινὸν cet., nos instar humilis undae naturae corporeae manare, quod anima materiae immersa particeps fit illius naturae fluxae. De verbo ῥεῖν ad materiam ipsam translato v. adn. 36. Ibid. voc. ῥεῦμα, cuius geminum χεῦμα, attigi. De re cf. haec perquam apposita Procli Hy. 2, 6 sq.: Καὶ σπεύδειν ἐδίδαξαν ὑπὲρ βαθυχεύμονα Λήθην Ἴχνος ἔχειν. (Vulgo λήθην, etiam Maittair. Misc. gr. carm. p. 23, qui tamen vertit:

„spatiosaque [malim: profundaque] flumina Lethes.“) 3, 8: *ληθαίοις ὑπὸ χεύμασιν*, ubi, ut nostro loco, *χεῦμα* vox magis poetica quam pedestris occurrit. Omnino noster locus nescio quid poetici coloris habet, ut vix dubitem, quin Proclus aliquem versum Oraculorum ante oculos habuerit eiusque verba quaedam suae orationi intexuerit. Certe nostro loco *ἐκ Λήθης χεῦμα* i. q. *ληθαῖον χεῦμα* l. c. numero plurali positum. Ceterum alias Platonici magis secundum Platonem in Phaedro 248c *λήθην* per se nuncupant oblivionem rerum coelestium, unde animae descensus in naturam corpoream consequitur, quam oblivionem ideo etiam *γενεσιουργὸν λήθην* vocant. Cf. Creuz. ad Proc. in Alcib. I. p. 7. 250 et Annot. in Plot. Opp. p. 220b. Noster infra c. 5 f. 233r. *ἡ φιλοσοφία τὴν-λήθην-αἰτιᾶται τῆς-ἀποφοιτήσεως τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν*, ubi v. adn. 118. Per se *λήθη* hac vi posita videri possit in Orac. 269 *Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης (ψυχή)* —. Sic Pleth. 11 p. 17; mutilus Psell. 71 p. 106. Psell. Schol. p. 106 *τῆς λήθης ὧν πεπλούτηκε παρὰ τοῦ παναγάθου πατρός*. Pleth. p. 29 *τῆς λήθης, ἣν ἐκ τῆς πρὸς τόδε τὸ σῶμα ἐπιπλοκῆς ἔπαθεν*. Quamquam formula *ἐξελθεῖν λήθης* aptior erit, si *λήθην* eo sensu, quem Proclus expressit (v. supra), dictum accipias ideoque *Λήθης* scribas.

**47.** Flosculum Oraculorum, ceteroquin aliunde haud notum, verbis *ῥίζα κακίας* exhiberi, arguunt, quae Proclus iis explicandis subiicit: *τὸ σῶμα (ἐστί)*. Nam reliqua: *ὥσπερ τῆς ἀρετῆς* cet., idem de suo addidisse censendus est. Est quidem satis usitata metaphora vocis *ῥίζα*, causa, origo (v. Ast. Lex. Plat. III p. 237, qui metaphorica, ut solet, haud distinguit, Wyttenb. Ind. Graecit. Plut. h. v. meque Symbol. in Epiph. Panar. p. 28); formula *ῥίζα τῶν κακῶν* occurrit 1 Tim. 6, 10 et ap. Proc. in Remp. p. 16, 23 *ῥίζα τῶν ἑπομένων κακῶν*. Sed hac ipsa locutione: *ῥίζα κακίας*, utitur Epiphan. Panar. 1, 2 Haer. 24 c. 6 p. 72 Petav. in refutatione Basilidianorum: *Οὔτε γάρ ποτε κακὸν ἦν, οὔτε ῥίζα γέγονε κακίας, οὔτε ἐνυπόστατον τὸ κακόν ἐστιν* cet. ubi vide quae p. 18 de Patrib. eccles. malum per se esse negantibus adnotavi; VV. is DD. is ibi laudatis adde Hoeschel. ad Phot. Bibl. p. 971a. De contraria sententia, quae statuit, corpus malum causamque pravitatis et peccatorum esse v. Method. Plat. p. 82 n. 491, p. 83 n. 496, p. 112 n. 701 et Epimetr. I. ad Gregor. Palam. Prosop. (Hal. 1884) p. 56 sq. ubi attende haec Io. Chrysostomi, illam sententiam refellentis: *ἡ πονηρὰ προαίρεσίς ἐστιν ἡ ῥίζα τῶν κακῶν*.

**48.** *ἡ μὲν* ad praecedens *ἀρετῆς, ἡ δὲ* ad remotius *κακία* refertur, aliter ac fit c. 4 f. 233r. in *τὸ μὲν-, τὸ δὲ—* (v. adn. 106) et c. 5 f. 233 r. in *οἱ μέν εἰσιν—, τὰ δὲ—*. Quum *ἐκβλυστάνειν*, redundare, inusitatum neque in Lexicis consignatum sit, in proclivi est coniicere: *ἐκβλαστάνει*. Procl. Inst. Th. c. 36 *τὰ-πρῶτα προελθόντα συνῆπται μᾶλλον τοῖς αἰτίοις, ἀπ᾽αὐτῶν ἐκείνων ἐκβλαστάνοντα*, ubi Creuz. p. 64 tantum de proprio verbi usu monet. Divisim *βλαστάνειν ἐκ* Aeschyl. S. c. Th. 591 *Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα*, ubi Blomf. adn. Translato *ἀποβλαστάνειν* utitur Iamblich. De myst. 3, 20 p. 148, 10 sq. *πάντα-ἀπὸ θείας αἰτίας ἀποβλαστάνει τὰ προσόμοια αὐτῇ ἔργα φυόμενα*. Divisim *βλαστάνειν ἀπό* Eurip. fr. 6 Chrysipp. 9 sq. — *τὰ δ᾽ἀπ᾽αἰθερίου Βλαστόντα γονῆς-*, et alii laudati Blomfieldio l. c. Psell. Schol. in Orac. chald. p. 93 sq. *ἀπὸ τῶν πατρικῶν σπερμάτων οὐχ αἱ ψυχαὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑπερκείμεναι πᾶσαι τάξεις ἐβλάστησαν*. Omnino verbum *βλαστάνειν*, pullulare, optimis scriptoribus usitatum est; v. Ast. Lex. Plat. I p. 352 et Wyttenb. Ind. Graecit. Plut. h. v. Nihilo minus *ἐκβλυστάνει* stare potest. Ad Aristid. Quintil. De mus. II. p. 84 Meib. *ὑδάτων ἀναβλυστάνουσαι ῥοαί* ego in Comment. haec adnotavi: „Poetica magis quam prosae propria sunt verba *ἀναβλύζω, ἀναβλυστάνω* et *ἀναβλυσταίνω* (nam utraque forma in usu est; v. Bast. Ep. Crit. p. 248 sq. et App. p. 55 sq.); in scriptoribus pedestribus sophistae his verbis delectantur.“ Synesius De provid. p. 89b (*πηγήν*) *τὴν μὲν χαμόθεν ἀναβλύζουσαν*. Simplex *βλυστάνειν*, vi quidem transitiva positum, habet Proc. in Crat. p. 85 *μετὰ τὰς πηγαίας θεότητας ἀεννάως τὰ ἀγαθὰ βλυστανούσας*, ubi nemo de reponendo *βλαστάνειν* cogitabit. Contra ap. Himer. ed. Wernsd. Ecl. 13, 31 p. 234 et Or. 5, 14 p. 494 *βλαστάνειν* de fonte et fluvio dictum in *βλυστάνειν* mutandum est. Elias Cret. in S. Gregorii Naz. Oratt. a me editus (Patrol. Gr. Mignei t. 36) col. 845a *τῆς πηγῆς — τὴν πρώτην βλύσιν — ἐξ ἧς — τὸ ὕδωρ βλυστάνει ἀναδιδόμενον*.

**49.** Ad *ἐπεισκωμάζει* repete *ταῖς ψυχαῖς* ex praegressis. *Ἐπεισκωμάζειν* proprie dicuntur commissatores violenter irrumpentes; deinde verbum transfertur ad personas vel, ut hoc loco, ad res importune sese ingerentes. Proc. in Remp. p. 89, 3 *δαιμόνων ἐπεισκωμάζουσαι ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς-ποιναίων κινήσεις*. Schoell. Ind. verb. p. 183a verbum *ἐπεισκωμάζειν* hinc adfert, adiiciens istam notulam: „vocab. Platon.“ Tu v. Ast. Lex. I p. 760 sq. et Stallb. ad Plat. Theaet. p. 184, et omnino Budae. Comm. L. Gr. ed. Bas. a. 1557 col. 1523 sq., qui alios quoque scriptores laudat.

**50.** Artic. *τό* c. inf., quod dicitur c. inf., in citandis dictis usitatus, et *ἐστί*, significat, (v. adn. 1 init.) quod post *ἐκκόψαι* supplendum, indicio sunt, proxima *καταβαλεῖν εἰς γῆν* ex aliquo oraculo sumpta esse. De eo quem dixi usu articuli *τό* cf. inferiora: *τὸ δὲ μὴ σβέσθαι φρενί*. Scite Bergler. ad Alciphr. 1, 39 p. 184: „Articulus *τό* indicat proverbium aliquod“. Ad *καταβαλεῖν* obiectum quod vocant, *τὴν κακίαν*, ad quod etiam proximum *αὐτὴν* refertur, ex superioribus repete. Huc inferius ista respiciunt: *εἰς ἣν καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καταβλητέον*, et illa: *ἀντὶ δὲ τοῦ σβέσαι, κατάβαλε* (nim. *ζῆλον καὶ φθόνον*). Verbum *καταβάλλειν*, palaestrae proprium, (v. c. cf. Plat. Hipp. mai. 374a) his

locis de prosternendis vitiis translate usurpatur. — *Γῆν* Proclus proxime interpretatur *γένεσιν*, naturam corpoream; cf. adn. 23. — *Ἐκκόπτειν* translate de eradicando malo, vitio, morbo, al. sim. usurpatur. Exempla promiscue dat Wyttenb. Ind. Graec. Plut. h. v. Sed insolite hîc *ἐκκόπτειν* praep. *ἀπό* c. gen. adsumit. Praestat *ἐκκόπτειν ἑαυτοῦ τι*, quod Wyttenb. l. c. ex Plut. II. p. 1103a adfert.

**51.** De pron. *αὐτὴν* ad superius *κακίαν* referendo supra monui; v. adn. 50. — *Ὅποι* V (*ῑ* ex *ῡ* m. 1). Ego *ὅπου* reposui. Sunt quidem VV. DD., qui *ποι* et *που* promiscue poni docent; v. Krabing. ad Synes. De provid. p. 133. Atqui *τάττειν* cum compositis adverbia *ὅπου* et *οὗ*, non *ὅποι* et *οἷ* adsumit, neque *ὅποι* magis recte habet, quam si proxime scribatur: *τέτακται δὲ εἰς ὅλην τὴν γένεσιν* pro *ἐν ὅλῃ τῇ γενέσει*. Quominus autem *ὅποι* excuses tanquam per assimilationem dictum pro *ἐκεῖσε ὅπου* (v. Hermann. ad Viger. ed. III. p. 790), obstat illud, quod Proclus de malo insito naturae corporeae (hanc *γένεσιν* vocat, v. adn. 50) cumque ea perpetuo agitato loquitur; cf. de verbo *φέρεσθαι* adn. 11. Ceterum *ὅπουπερ ἐτάχθη* scripsi pro *ὅποι παρετάχθη* V. Cf. proximum *ἐτάχθη*.

**52.** V, qui ante *ἐπειδὴ* puncto, ut fere solet, distinguit, post *ἐπειδὴ* infercit *δὲ*, quod quippe importunum delevi. — Ad *ἐνθάδε*, hîc, in terris (v. Meth. Plat. p. 50 n. 313; p. 52 n. 326) cogitando suppleas *ἐστί*. — Reliqua totidem verbis exstant ap. Plat. Theaet. 176a; invertit tamen Proclus Platonis verba: *περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης*. Eundem locum respicit Proc. in Tim. p. 318e. De celebratissima Platonis sententia v. Stallb. ad Theaet. l. c.; eam attigi in Method. Plat. p. 119 n. 734 et in Dionysiac. p. 66.

**53.** Rarius et serioris aevi est adi. *ἀκάκυντος*, formatum a verbo *κακύνω*, quo Proclus aliquando utitur; v. c. cf. eum in Tim. p. 318e (ubi tamen adi. *ἀκάκωτος*) et locis consignatis Ind. verb. ad Proc. in Remp. ed. Schoell. p. 192b. De hoc et aliis verbis in *υνω* exeuntibus plura ego ad Io. Glyc. De V. S. R. p. 75.

**54.** Respicit hîc Proclus voce *καταβλητέον* superius allata ex Oraculis: *καταβαλεῖν* (*τὴν κακίαν*) *εἰς γῆν* (v. adn. 50), de quibus inferius plura disputat.

**55.** Neutrum collectivum *αὐτὰ* ad *ζῆλον καὶ φθόνον* refertur. Subiecto quod vocant caret *κατελέξατο*. Nisi forte *ἡ ψυχή* excidit, certe hoc intelligendum, quamquam in praegressis nil est, unde repetatur.

**56.** Abutitur Proclus in argumento morali voce *τιθήνη*, qua Plato in Timaeo corporum materiam nuncupavit; v. Ast. Lex. III p. 387 et cf. Stallb. ad Tim. 49a p. 207.

**57.** Et art. *τό* c. inf. (cf. adn. 50), et *εἴρηται* (nim. *ὑπὸ τοῦ λογίου*) argumento sunt, verba *μὴ σβέσθαι φρενὶ* ex Oraculis petita esse. Malim tamen scribere *μὴ σβέσαι φρενὶ* iuxta ea quae mox sequuntur: *ἀντὶ δὲ τοῦ σβέσαι κατάβαλε*, ubi ad *σβέσαι* pariter ac nostro loco obiectum *ζῆλον καὶ φθόνον* ex supra dictis repetendum. Verbum *σβέννυμι* de affectibus restinguendis translate usurpatur; exempla dant Ast. Lex. Plat. III. p. 242 et Wyttenb. Ind. Graecit. Plut. h. v.



**58.** De voce *θέρμη*, *ἡ*, v. adn. 9.

**59.** Ratio grammatica postulat, ut ad *κατάβαλε* pariter atque ad *σβέσαι* (v. adn. 57) rursus *ζῆλον καὶ φθόνον* repetatur ex superioribus: *ζῆλον καὶ φθόνον κατάβαλε* (v. adn. 50). Ibi tamen *αὐτὰ* vi collectiva positum insequitur (v. adn. 55), cuius loco hîc *αὐτὸν* ponitur. Praestaret igitur scribere: *αὐτὰ-κατειργμένα*. Sed nimirum Proclus hoc loco, ut paullo post, negligentius solummodo de *φθόνῳ* loquitur, misso interim *ζήλῳ*.

**60.** *ἐπάγει*, videl. *τὸ λόγιον*. Nimirum ista: *μὴ πνεῦμα μολύνῃς*, efficiunt hemistichium Orac. 273 (Psell. 43 p. 86, Pleth. 26 p. 35). Psellus Schol. p. 86 *πνεῦμα* de suo interpretatur *τὸν πνευματικὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς* et *μολύνῃς* nude explicat verbis: *ἀκαθαρσίᾳ παθῶν*. Pletho Schol. p. 34 sqq. extra oleas vagatur. *Πνεῦμα* hoc loco et infra c. 3 extr., ubi huc respicitur, est quod Platonici *ψυχικὸν πνεῦμα* vel *πνευματικὸν ὄχημα ψυχῶν* vocare solent; v. c. cf. Ind. verb. ad Proc. in Remp. ed Schoell. p. 214a vv. *πνεῦμα* et *πνευματικός*. Multus est de hoc *πνεύματι* Synesius libro De insomniis; ibi ille verbis p. 151d *τὸ πνεῦμα ἐμόλυναν* hoc ipsum praeceptum Oraculorum respexit, ut est omnino sedulus eorum sectator. Indidem idem vocem *ἀμόλυντος* effinxit De Provid. p. 89c (*ψυχή*) *ἥτις ἂν — ἀμόλυντος διαγένηται*. et Hy. 3, 547 sq. — *πνεῦμα σάον Ἀμόλυντον, ἄναξ*. Aliter idem voce *πνεῦμα* utitur Hy. 3, 56 *Τὰν οὔτ' ἄθεον πνεῦμα μολύνει*, quamquam hîc quoque verbum *μολύνειν*, contaminare, comparet. Eo ad animam translato iam Plato usus est Rep. 7. 535e *ἣ ἂν* (*ψυχή*) — *ὥσπερ θηρίον ὕειον ἐν ἀμαθίᾳ μολύνηται*, ubi Ast. Comm. tacet, satis habens in Ind. rer. ac verbor. locutionem *μολύνεσθαι ἐν ἀμαθίᾳ* hinc consignare. Idem silentium Stallbaumii, qui in Ind. Gr. p. 394 hanc phrasin indidem repetit. Male autem Ast. Lex. Plat. II p. 359 *μολύνομαι*, contaminor, ap. Plat. l. c. interpretatur volutari. Porphyr. De abst. 2, 46 *ἐν τῷ μεμολύνθαι αὐτόν* (*τὸν χιτῶνα τὸν δερμάτινον*, i. e. corpus). 4, 20 *ψυχὴ ὅταν ἐνσωματῶται, μεμόλυνται*. Plura id. ibid. de *μολυσμῷ* tam corporis quam animae. Adde Iamblich. De myst. locis a Partheyo Ind. v. *μολυσμός* indicatis. — Ceterum ad verba *ἔχειν* et *ἀποκρύψαι* intellige *αὐτόν*, ut supra, vel potius *αὐτά*, nim. *ζῆλον καὶ φθόνον* (v. adn. 59).

**61.** Adi. *σύνοικος* (*ξύν.*) c. dat., coniunctus cum aliqua re, usitatum Platoni; exempla promiscue dat Ast. Lex. III p. 334.

**62.** Proclus infra c. 3 extr. *τῆς ὑλικῆς στερήσεως*. Cf. Creuz. ad Proc. in Alcib. I p. 190. De *ἀγόνῳ ὕλῃ* id. l. c. p. 118 *τὸ ἄγονον τῇ ὕλῃ προσήκει μόνῃ ὡς ἐσχάτῃ τῶν ὄντων*. Id. in Remp. ed. Schoell.

p. 121, 27 *τοῦ αὐχμοῦ τὴν ἄγονον ὕλην σημαίνοντος.* et Suppl. Comm. in Remp. ed. Reizenst. p. 26, 20 sq. *τὴν δὲ ὕλην αὐχμηρὰν ὡς ἄγονον καὶ τῶν λογίων λεγόντων ἀκούομεν.*

**63.** *φύλον* V male; tu audi Arcad. De accent. p. 122, 16 Bark. *προπερισπᾶται-φῦλον, τὸ γένος.* Nisi forte in verbis *τὸ θεουργὸν φῦλον* voc. *θεουργός*, alias c. art. *ὁ* vi substantivi positum, adiectivi instar usurpatur, scribendum est *θεουργικόν.* Sic Plato Polit. 260d *τὸ κηρυκικὸν φῦλον.* Crat. 398e *τὸ ἡρωικὸν φῦλον.* al. sim., in quibus *φῦλον*, ut nostro loco, trop. familia; v. Ast. Lex. III p. 519. Sic Proclus quoque in Crat. p. 80 *τὸ ἀγγελικὸν φῦλον.* De adiectivis in *ικος* et *ος* confusis v. Ind. Graecit. ad Greg. Cor. ed. Schaef. p. 992b. Ceterum *θεουργὸν* vel, quod praestat, *θεουργικὸν φῦλον* Proclus vocat philosophos platonicos propter theurgiae studium, cui illi dediti erant.

**64.** Sensu metaphorico usitata sunt Proclo et Platonicis tam act. *ἀνατείνειν*, erigere, et pass., quam med. *ἀνατείνεσθαι*, sese erigere, erectum esse, quo ipso Proclus hîc utitur. Alia exempla dat Ind. verbor. ad Proc. in Remp. ed. Schoell. p. 161a. Plura ego in Dionysiacis p. 1 sq. de toto hoc metaphorico verbi *ἀνατείνειν* usu. — In superioribus: *ζῆλον καὶ φθόνον, ζῆλος* in malam partem dicitur. Hoc loco bono sensu est aemulatio vel studiosa imitatio, et *ὁ ζῆλος τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος* spectat ad *τὴν εἰς θεὸν ἐξομοίωσιν* c. 2 f. 232 r.

**65.** Attende metaphoricum usum verbi *κατασπᾶν*, de quo v. Method. Plat. p. 29 n. 192. Adde Proc. in Remp. p. 100, 21 *τὰς ψυχὰς εἰς τὰ ἄλογα κατασπᾶν.* — Quod autem Proclus hoc loco de rixarum studiis deque inimicitiis hominum loquitur, videtur ille sane tangere rixas et simultates tunc temporis agitatas inter Christianos et philosophos platonicos; cf. adn. 33 et 34.

**66.** Translatum med. *ἐναπομόργνυσθαι* c. *ἐν* simile est platonico *ἐξομόργνυσθαι* c. *εἰς* Gorg. 525a *ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν.* De utroque v. mea Dionysiaca p. 82. Vocem *ἐναπομόργνυνται* Dionysii loco ibi allegato Glossar. bene explicat: *ἐναποτυποῦσι*, quo confirmatur *τύπον*, quod nos nostro loco post *ἔνυλον* elapsum supplemus. Supra c. 2 f. 231 r. *τὰ ὑλικὰ πάντα — καὶ τύπος σωματικός*, ubi v. adn. 24.

**67.** Verbum *ἀναπιμπλάναι* a Platone et Platonicis contaminandi vi ponitur; v. Dionysiac. p. 46. Proc. Inst. Th. c. 13 p. 24 Creuz. *τὰ τοῦ ἑνὸς ἄμοιρα γινόμενα, διαστάσεως ἀναπιμπλάμενα, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ στέρεται*, ubi Creuz. Ruhnkenium ad Tim. Lex. Plat. p. 31 confert. Alia exempla e Proclo affatim praebet Ind. verb. in eius Comm. in Plat. Remp. ed Schoell. p. 161a. — De *ὑλικῇ στερήσει* v. adn. 62. — Recentioris notae est voc. *ἀζωία*, status vitâ orbus, quo Proclus item utitur in Remp. p. 121, 36 *ἐκ τοῦ αἰθέρος εἰς τὴν ὑλικὴν ἀζωίαν κατιόντες.*



**68.** Verbis *ἱσταμένη ψυχή*, anima consistens, quae Proclus sic interpretatur: *ἐπιστήμων ἐστὶ τῶν ὄντων*, inest Oraculorum frustulum, quod in illorum Collectionibus deest. — Proxima: *κατὰ-ἑαυτῆς*, ego virgulis a praegressis separavi; sunt enim iis explicandis a Proclo adiecta. V solummodo post *ἑαυτῆς* virgulam habet. Ne autem pro *ἑαυτῆς* coniicias *αὐτῆς*: cf. Proc. infra c. 4 f. 333 r. *τῆς ἑαυτῶν αἰτίας.* et in Remp. p. 30, 30 *τὰ ἑαυτοῦ γεννήματα.* p. 89, 20 *τὰ γεννήματα ἑαυτῆς*, ubi haud fuit, cur Schoell. Ind. verb. p. 177a *αὐτῆς* coniiceret. — *Τὰ ὄντα* Proclus brevius vocat quae alias more platonico nuncupantur *τὰ ὄντως ὄντα*, aeterna, divina. Vid. Method. Plat. p. 82 n. 490. Eadem brevitate Proc. in Alc. I p. 247 Creuz. *τὰ-ἀμέριστα τῶν ὄντων ἐποπτεύοντες γένη.*

**69.** Verbum *ἱδρύειν*, collocare, a Platonicis translate de rebus incorporeis, praecipue de firmo statu rerum divinarum et, ut hoc loco, animae, usurpatur. Proc. in Alcib. I p. 43 Creuz. *Σωκράτης-τῷ νῷ τῆς ψυχῆς ἀνάλογον ἵδρυσεν ἑαυτόν.* al. saep. Iidem praesertim perfecto et aoristo pass. sic utuntur. Proclus infra c. 4 f. 232 v. *τὸ νοητὸν —, ἐπ' ἄκρῳ τῆς πρώτης νοητῆς τριάδος ἱδρυνθέν*, ubi v. adn. 92. Id. Inst. Th. c. 27 p. 52 *ἀναλλοίωτον ἄρα τὸ γεννῶν ἵδρυται καὶ ἀνελάττωτον*, ubi Creuzer. Plura ego in Dionysiac. p. 14 sq. Addas Schoell. Ind. verb. ad Procl. in Remp. p. 191a.

**70.** Pariter atque *ἐπιβάλλειν* c. dat. (v. c. c. 4 f. 232 v. *νοῦς ἐπιβάλλει τινί*) *ἐπιβολή* a coniectu oculorum ad animadversionem et notionem transfertur. Infra c. 4 f. 232 v. *ταῖς νοεραῖς ἐπιβολαῖς.* Vid. Creuz. ad Plot. De pulcr. p. 382 sq. et ad Proc. in Alcib. I p. 8. Eodem pertinet insolitum adv. *ἐπιβλητικῶς*, animum advertendo, c. 4 f. 232 v. *Ἁπλαῖ ἐπιβολαί*, simplices notiones, vocantur, quae ad res divinas, a rerum sensibilium varietate remotas, spectant. Procl. in Alcib. I p. 246 *ἐπὶ-τὴν νοερὰν ζωὴν καὶ τὰς ἁπλᾶς ἐπιβολὰς μεταστατέον τὴν ψυχήν* (ibi Creuz.). p. 247 *ταῖς ἁπλαῖς καὶ ἀμερίστοις ἐπιβολαῖς τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ ἀμέριστα τῶν ὄντων ἐποπτεύοντες γένη.* Ibi Creuzer. immemor fuit Platonis Phaedr. 250c. Noster infra c. 4 f. 232 v. *νοήσεις ἁπλαῖ. Ἀμέριστοι ἐπιβολαί*, individuae notiones, item sunt quae ad res divinas, quippe a dividua natura corporea remotas, spectant. Cf. Proc. in Alcib. I p. 247 loco supra allato. Omnino Proclus cum Platonicis *ἀμέριστα* vocare solet incorporea, divina. Sic ille in Alcib. I p. 245 sq. *πρὸς τὸ ἀμέριστον καὶ ἄυλον*, ubi Creuzer., ut in Indice, de hac voce tacet. De oppositis *μεριστός* et *ἀμέριστος* v. adn. 107, ubi de fonte huius apud Platonicos loquendi usus moneo.

**71.** *Τὸ ἕν* Proclus summum numen dicit tum hoc loco, tum inferius c. 4 f. 232 v. *τίνι ἂν ἔτι συναφθείημεν πρὸς τὸ ἕν, ὅ ἐστι ἀσύντακτον πρὸς πάντα καὶ ἀμέθεκτον*; et f. 233 r. *τοῦ ἑνὸς-τῆς ὅλης οὐσίας*

*κέντρον καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ἁπασῶν παντοίων δυνάμεων.* Hoc sensu Platonici *τὸ ἕν* apud Platonem in Parmenide eo confidentius interpretati sunt, quod in philosophia chaldaica ex Oraculis hausta idem rerum principium, licet pythagoreae *μονάδος* nomine, statuitur (v. adn. 26 et cf. Psell. locis in adn. 92 allatis). Sic v. c. Plotin. 3, 8, 5 *ἤδη γὰρ οὗτος (ὁ σπουδαῖος) πρὸς τὸ ἓν καὶ πρὸς τὸ ἥσυχον* cet. Plura ego ad Hymn. in Deum Platonicum III (adn. ad vs. 12). Coniunctio cum illo numine a Platonicis *ἕνωσις* vocatur, de qua Proc. c. 4 f. 232 v. *ἑνοειδεῖς γινόμενοι πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀνατρέχομεν*, ubi *ἀνατρέχειν*, ut nostro loco, metaphorice usurpatur. Proc. in Alcib. I p. 246 Creuz. *ἐπ' αὐτὴν ἀναδράμωμεν τὴν ἐπιστήμην.* Cf. mea in Basil. M. Plotiniz. p. 33 inf.

**72.** Pro *αὐτῇ* malim *ἑαυτῇ*, nim. *τῇ ψυχῇ*. Sic paullo ante: *κατὰ τὸ διανοητικὸν τὸ ἑαυτῆς*, non *αὐτῆς*, ubi v. adn. 68. In simili sententia alia est ratio verborum c. 5 f. 333 r. *συνάγεται πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ πλῆθος εἰς μίαν κορυφήν.* — Translatum *συμπτύσσειν*, coartare, item occurrit apud Proc. Inst. Theol. c. 171 p. 256 Creuz. *πρὸ-τοῦ διῃρημένου* [adde *τὸ*] *συνεπτυγμένον καὶ ἐγγυτέρω τοῦ ἑνός*, ubi Creuz. adn. 2. — De eo quod in anima est *τὸ πλῆθος* Proc. in Alcib. I p. 247 Creuz. *τὴν ἄκραν ὕπαρξιν ἀνεγεῖραι δεῖ τῆς ψυχῆς, καθ'ἣν ἕν ἐσμεν καὶ ὑφ'ἧς τὸ πλῆθος ἑνίζεται τὸ ἐν ἡμῖν*, ubi Creuz.; p. 249 *Μετὰ-τὸ ἐν ψυχαῖς πλῆθος ἀνάτεινον σαυτὸν ἐπὶ νοῦν.*

**73.** Cum verbis *ἐνθεαστικῶς ἐνεργεῖ* cf. Proc. in Parmen., Opp. ed. Cous. II. col. 1071, 25 sqq. *τὸ ἓν τῆς ψυχῆς καθὸ* (l., *καθ'ὃ*) *καὶ μάλιστα τὸν ἐνθουσιασμὸν γίνεσθαί φασιν οἱ ἀκριβέστεροι τῶν λόγων* (var. *λογίων*). in Alcib. I p. 247 Creuz. *ἔνθεοι γινόμεθα πᾶν τὸ πλῆθος φυγόντες.* — De translato *συνάπτειν* v. adn. 8. — Plurali noviciae vocis *ὕπαρξις*, substantia, vern. Wesen, Proclus sic, ut hoc loco, utitur in Alcib. I p. 84 (in Iamblichi dicto) *τὰς ὑπάρξεις τῶν δαιμόνων καὶ ὅλως τῶν κρειττόνων ἡμῖν θεωρῆσαι χαλεπώτατόν ἐστι.* Id. in Remp. p. 74, 20 *τὰς ὑπάρξεις τῶν ψυχῶν.* ibid. 39 *ἐν λογικαῖς ὑπάρξεσιν.* Singularis occurrit c. 4 f. 232 v. (*κατά*) *τὴν ὕπαρξιν.* c. 5 f. 233 r. *ἀφώρισται δὲ ἡ ὕπαρξις* (*τῆς ψυχῆς*) *ἐν ἑνί.* — Formula *ὑπὲρ νοῦν* mox recurrit in verbis: *ἡ ὑπὲρ νοῦν αἰτία.* Vi substantivi c. 4 f. 232 v. *τὸ ὑπὲρ νοῦν* ponitur. Idem sibi vult *πρὸ νοῦ* mox in verbis: *τῷ πρὸ νοῦ.*

**74.** Initio *τῶ* B perperam. Ad rem Proc. in Remp. p. 40, 14 *ἡ παροιμία τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ λέγουσα φίλον ἀληθής.* et p. 51, 12 *τῶν ὁμοίων ἀεὶ πρὸς τὰ ὅμοια φερομένων κατὰ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ δίκην.* quam sententiam idem in scriptis suis saepenumero inculcat. Proverbium, quod Proclus priore loco tangit, respicitur a Platone Gorg. 510 b *ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ* (*φίλος*). al.; cf. Ast. Annot. p. 396. Fons est Hom. Od. ϱ 217 versu, quem Plato Lys. 214 a laudat: *Αἰεί τοι* (vulg. ap. Hom. *Ὡς αἰεὶ*) *τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.* Duport. Gnomol. Hom. p. 239 sq. hoc proverbium tam de personis quam de rebus dici exemplis docet. Adde VV. DD. ad Aristaen. 1, 10 p. 354 sq. Boiss.



**75.** Proc. in Alcib. I p. 247 *τῷ — ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον πανταχοῦ καταληπτόν.* (ibi Creuzer.) Id. in Remp. p. 109, 6 *τῷὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γνωστόν.* Plura ego in Basil. M. Plot. p. 18.

**76.** *διανοητικὸν* male repetit B; recte tamen praep. *δια* deleta est. Adi. *διανοητικός* est *ἅπαξ λεγόμενον* Platonis Tim. 89 a et Plutarchi Mor. 1004 d; novicia vero sunt *διανοητός* et *νοητικός.* Posterius, quod infra in verbis *τὰς δὲ νοητικάς* recurrit, Wyttenb. Ind. Graec. Plut. ex Mor. 1013 b adfert. Psellus Schol. in Orac. Chald. p. 98 Ops. haec Procli tacite ita sua fecit, ut ea hunc in modum immutaret: *Ἡ ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς αἴσθησιν· τοῖς δὲ διανοητοῖς διάνοιαν· τοῖς δὲ νοητοῖς νοῦν.* Ceterum Proclus voce *νοητῷ* iam respicit Oraculorum versum, de quo statim adn. 77. Eodem idem inferius respicit istis bis positis: *ἐκεῖνο τὸ νοητόν*, et hisce: *τῆς τοῦ νοητοῦ ἑνιαίας ἁπλότητος — τοῦ νοητοῦ δεύτερον — τὸ νοητὸν τοῦτο.*

**77.** Proclus, licet absque Oraculorum mentione, tamen tum hoc loco, tum inferius pluries ex eorum versu quodam flosculum *ἄνθος-νοῦ* adfert. Is versus, qui in Oraculis a Psello carptim collectis est sexagesimus primus, apud eum p. 98 ita habet: *Ἐστί τι νοητόν, ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.* Pletho Orac. 51 p. 22 et 46 haec de suo ita supplet: *Ἔστι δὲ δή τι νοητόν* cet. Patric. Or. 58 *Ἔστι γάρ τι νοητόν* cet. Sic quoque Stanlei., qui tamen in Coniecturis, a Clerico stulte suppressis, recte *Ἔστιν* scribit. Nihilo minus Clericus istud *Ἔστι* revexit. Omnia sana apud Damasc. De princip., ex quo Patric., licet negligenter, sua hausit, p. 195 Kopp.: *Ἔστιν γάρ τι νοητόν* cet., quae a Proclo inferius c. 4 f. 232 v. et f. 233 r. rursus respiciuntur. Ad verba *νόου ἄνθει* in Oraculorum versu supra adscripto Psell. Schol. in Orac. Chald. p. 98 (post verba supra adn. 76 allata): *φησὶν οὖν ὁ Χαλδαῖος, ὅτι εἰ καὶ νοητόν ἐστιν ὁ θεός, ἀλλ'οὐ τῷ νῷ ἐστι ληπτόν, ἀλλὰ τῷ ἄνθει τοῦ νοῦ· ἄνθος δὲ νοῦ ἡ ἑνιαία τῆς ψυχῆς δύναμις.* Id. l. c. p. 69: *ἡ ὑψηλοτέρα δύναμις τῆς ψυχῆς, ἣν ἄνθος νοῦ ἐν ἑτέροις ὀνομάζει τὸ λόγιον.* Pletho Schol. p. 46 post versum supra allatum: *Τὸν ἀνωτάτω θεόν, ἅτε ἓν ἄκρως ὄντα, οὐκ ἔστιν ὡσαύτως τοῖς ἄλλοις νοητοῖς νοεῖν, ἀλλὰ τῷ τοῦ νοῦ ἄνθει, ἤτοι τῷ ἀκροτάτῳ καὶ ἑνιαίῳ τῆς ἡμετέρας νοήσεως.* Clericus Not. in Orac. vs. 58 *νόου ἄνθει:* „Subtilissima intelligendi facultate, quae vocatur flamma mentis vs. 64 [*νόου-φλογί* ex oraculo ap. Damasc. l. c.]. Proclus [Theol. Plat.] interpretatur *ἀκρότητα νοῦ*, Lib. I c. 3 [p. 6: *οἶμαι-τὴν-ἀκρότητα τοῦ νοῦ καί* (*ὥς φασιν*) *τὸ ἄνθος καὶ τὴν ὕπαρξιν συνάπτεσθαι-πρὸς αὐτὴν τὴν πασῶν τῶν θείων ἑνάδων ἀπόκρυφον ἕνωσιν*]. Idem Lib. V c. 33 [p. 318] Patrem vocat [*τὸ οἷον*] *ἄνθος τῆς ἀκλινοῦς τῶν ὄντων* [immo *ὅλων*] *φυλακῆς.*“ Omnino *ἄνθος*

in Oraculis indeque apud Platonicos quidquid suo in genere luculentissimum est more poetico nuncupatur. Ad Orac. 21 (ex Proclo Th. Pl. 13, 21 p. 172) *Ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῖ πυρὸς ἄνθος* Clericus Not.: „*Πυρὸς ἄνθος* est flamma. Homerus [Il. ι, 212]: *Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, φλὸξ δ'ἐμαράνθη.* Quod imitatus Lucretius Lib. I [899]: — flammai fulserunt flore coorto.“ Apud Hom. l. c. hodie legitur: *Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη καὶ φλὸξ ἐμαράνθη.* Alteram illam scripturam, excitatam in Scholiis ad Aesch. Prom. 7, veteres ab Eustathio laudatos reprobasse, sed Plutarchum De facie cet. p. 934 agnovisse, docet Stanlei. Comm. in Aesch. Prom. 7 ed. Butler. Idem Stanleius, collato Hesychio: *πυρὸς ἄνθος· τὸ λαμπρότατον*, exempla dictionis *πυρὸς ἄνθος* ex Orac. 21. 84. 114 adfert. Adde Or. 122 (Proc. in Crat. p. 63, Damasc. De princ. ed. Ruell. t. 2 p. 90, 4. 133, 5) — *ὑπεζωκὼς πυρὸς ἄνθος*, ubi var. *ὑπεζωκὸς* secus. *Τὸ ἄνθος τοῦ νοῦ*, ut nostro loco, Proc. in Alcib. I p. 248, ubi Creuzer. Id. p. 247 *κατὰ τὸ ἓν καὶ οἷον ἄνθος τῆς οὐσίας ἡμῶν, καθ'ὃ καὶ μάλιστα τῷ θείῳ συναπτόμεθα.* Cf. Boissonad. ad Proc. in Crat. p. 51 n. † et p. 70 n. ***, Thilo De coelo empyreo I p. 24. Aliter metaphora vocis *ἄνθος* utitur Olympiodor in Alcib. I p. 109 *ἄνθος τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ κάλλος*, ubi plura Creuzer. Id. ibid. p. 121 *οἷον ἄνθος τῶν ἀρετῶν ἐστι τὸ κάλλος.*

**78.** De scriptura *μὲν* et *δὲ* B a di B. Hasium in Praelectt. palaeogr., quae penes me sunt: „*μὲν — μὲν* quand il est suivi d'un *δὲ* qui s'y rapporte, qui est de même écrit *δὲ*. *ἡ ἄνω πρώτη*, et *ἡ ἄνω δευτέρα.*“ Cf. Bast. Comm. palaeogr. p. 824 sq. et infra adn. 122. — Novicia vox *ἑνοειδής* paullo post recurrit in hisce: *ἑνοειδεῖς πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀνατρέχομεν,* et c. 5 f. 233 r. *πολλῶν ἀτόμων ἑνοειδῶν.* Superlat. vi substantivi ponitur c. 4 f. 233 r. *τῆς νοερᾶς ἡμῶν ζωῆς τὸ ἑνοειδέστατον.* Proc. in Alcib. I p. 31 *τὴν ἑνοειδῆ καὶ κρύφιον αὐτῆς ἀκρότητα.* p. 48 *πρὸς τὸ-ἑνοειδὲς ἀνατείνουσι τοὺς ἐρωμένους.* et al. saepe, prout ex Ind. p. 360 a constat. Adv. *ἑνοειδῶς* id. ibid. habet p. 28 *ἐν τῷ θείῳ πάντων ἑνοειδῶς προϋπαρχόντων ἀγαθῶν.* et p. 247. Adde Schoellii Ind. verb. ad Proc. in Remp. p. 182 a. Formas adiectivorum in *ειδής* desinentium a Platonicis mirifice frequentatas esse, bene monet Creuz. ad Plot. De pulcr. p. 232. — De voce item novicia *νοητικός* v. adn. 76.

**79.** Nolito, omisso *κατά*, scribere: *μύσαντα τὰς ἄλλας ζωάς* cet., ut *μύειν* vi transit. sit occludere. Ita quidem Psell. Schol. in Orac. chald. p. 61 *δεῖ-τὰ τοῦ σώματος μύσαντα αἰθητήρια — ἕπεσθαι τῷ καλοῦντι θεῷ.* Nicol. Methon. ed Voem. p. 8 *τὰς-νοερὰς ὄψεις μύοντας.* et sic alii quoque. Atqui nostro loco *μύειν* absolute et intransitive est occlusum esse. Sic Proc. Th. Pl. 1, 25 p. 61 *δεῖ-ἐπιδόντας ἑαυτοὺς τῷ θείῳ φωτὶ καὶ μύσαντας, οὕτως ἐνιδρύεσθαι τῇ ἀγνώστῳ καὶ κρυφίῳ τῶν ὄντων ἑνάδι.* Id. De provid. et fato, ex vet. vers. lat., Opp. ed. Cous. II col. 172. 4 „(anima) clausa cognitionibus.“ Damasc. De princip. p. 227 Kopp. *πάντα συνελόντες ὁμοῦ νοήματα καὶ μύσαντες.* Nicol. Meth. ed. Voem. p. 8 *μεμυκόσιν* (ed. *μεμνόσιν*) — *καὶ παντάπασιν ἀργοῖσι — τοῖς ὄμμασι.* Vid. Creuz. ad Plot. De pulcr. p. 357 sq., qui tamen haec non satis discernit, et mea Dionysiaca p. 37.



**80.** *νοειδεῖς* B analogiae contrarium et ex *νοοειδεῖς*, quod reposui, corruptum est. Idem mendum eximendum Proclo Th. Pl. 1, 13 p. 36, 46 *ὁ μὲν νοῦς ἑνοειδής ἐστιν, ἡ δὲ ψυχὴ νοειδής,* unde Portus bona fide in Indice p. 508 b: „Anima *νοειδής*“. Raro tamen occurrit adi. *νοοειδής*, licet rite formatum ad instar similium adiectivorum (cf. adn. 78). Plotin. 5, 3, 8 *θεοειδῆ καὶ νοοειδῆ γίγνεσθαι.*

**81.** De voce *ἑνοειδής* v. adn. 78; de eo quod est *πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀνατρέχειν* v. adn. 71. De re Psellus Schol. in Orac. chald. p. 98 (post verba adn. 77 allata) ex sententia Procli: *ἐπεὶ οὖν ὁ θεὸς κυρίως ἐστὶν ἕν, μὴ πειρῶ καταλαβεῖν αὐτὸν διὰ τοῦ νοῦ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑνιαίας δυνάμεως· τὸ γὰρ πρώτως ἓν μόνῳ τῷ παρ' ἡμῖν ἑνὶ ληπτόν πως ἐστί, καὶ οὔτε διανοίᾳ, οὔτε νῷ.*

**82.** Similiter, quoad formam, c. 4 f. 232 v. *ἐπ'ἄκρῳ τῆς πρώτης νοητῆς τριάδος ἱδρυνθέν.* Ibi tamen sermo de summo intelligibili; nostro loco significatur id quod in mente humana summum est. Hoc supra secundum Oracula *τὸ ἄνθος τοῦ νοῦ* vocat, quod Proclus alibi *τὴν ἀκρότητα τοῦ νοῦ*, Pletho *τὸ ἀκρότατον τῆς ἡμετέρας νοήσεως* interpretatur (v. adn. 77).

**83.** B ante *ἐπεὶ* puncto distinguit; ego solummodo virgulam posui: *ἐπεί* i. q. *ἐπειδή*, v. Dionys. p. 49. Dein *ἡλιοειδὴς* ex corr. V pro *ἡλιοειδεὶς* B reposui. Exemplo Platonis Rep. 6. 509 a *φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ-νομίζειν ὀρθόν.* 508 a *ἡλιοειδέστατόν γε οἶμαι (ὄμμα) τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις ὀργάνων*, Plotinus voce *ἡλιοειδής* eadem in sententia utitur De pulcr. 1, 6, 9 p. 57 g. ubi v. Creuz. p. 383. Prorsus platonice Goethius: Wär' unser Aug' nicht sonnenhaft, Wie möchten wir die Sonn' erblicken?

**84.** Proclus hoc loco posthabet, quae Plato Timaeo 45 b post verba: *τῶν-ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα ξυνετεκτήναντο ὄμματα*, a multis celebrata (v. Stallb.), deinceps de visus causa et origine ex igni repetenda disputat.

**85.** Ad *ἐκεῖνο* repete *τὸ νοητόν* ex supra dictis: *δεῖ οὖν ἐκεῖνο τὸ νοητὸν-νοεῖν* cet. Obscurius dicta deinceps confirmantur et explicantur ex Oraculis.

**86.** Longiori huic loco plura insunt ex Oraculis sumpta, licet nexu suo ac metro soluta. Id valere de verbis: *ἐὰν-ἐγκλίνῃς σὸν νοῦν*, arguit et interpositum *φησίν* (nim. *τὸ λόγιον*) et postpositum *τουτέστι*, quo interpretatio horum verborum more grammatico infertur. Idem valet de verbis: *ὥς τι νοῶν*, quorum explicationem *τουτέστι* rursus orditur.

Denique reliqua: οὐκ ἐκεῖνο νοήσεις, quippe cum prioribus connexa, item ex Oraculis sumpta esse sponte intelligitur. Nimirum Proclus respicit Oraculorum versus eos, qui versum supra adn. 77 allatum subsequuntur et a Patricio Orac. 59. 60 ex Damascio, licet misere corrupti, exhibentur indeque a Lambecio, Stanleio, Clerico, Oleario, Tayloro et Coryo repetuntur; iidem versus mendose scripti extant apud Damasc. De princip. p. 195 Kopp. Eos C. Thilo De coelo empyr. I p. 22 optime sic emendavit: Ἢν γὰρ ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν κἀκεῖνο νοήσῃς Ὥς τι νοῶν, οὐ κεῖνο νοήσεις. — Thilonis emendationes iis quae Proclus ex illis versibus, licet metro soluta, adfert, tamen egregie confirmantur. Iam videamus de singulis nostri loci. Initio malim scribere: ἐὰν γάρ φησιν pro ἐὰν δέ φ., quo prius oraculi verbis ἢν γάρ melius respondeat. De voce ἐπιβολή v. adn. 70, ubi adv. ἐπιβλητικῶς, quod statim sequitur, item attigi. De voce συναφή v. adn. 8.

**87.** Dictio νοήσεις ἁπλαῖ parilis est illi: ἐπιβολαὶ ἁπλαῖ, de qua v. adn. 70. — Novicium est adi. ἑνιαῖος, quod a Proclo et Platonicis frequentatur; v. Lobeck. Parerg. ad Phryn. p. 543 et Creuz. ad Proc. Inst. Th. c. 74 p. 116 n. 2. De simplicitate summi Entis (quod Nostro τὸ νοητόν) Proclus ibid. c. 59 p. 92 sq. ubi Creuz. n. 4. Adde mea Dionysiaca p. 3.

**88.** φέρονται recte B, i. e. feruntur, abripiuntur; v. adn. 11. V compendio scripturae φέροντες secus. τινὰς B, quod cum verbis δευτέρας — νοερὰς non habet, quo referatur; nam ineptum sit, νοήσεις ad νοερὰς repetere velle. Equidem secundum compendium scripturae V scribo τευτασίας, et verba εἰς δευτέρας-τευτασίας νοερὰς interpretor: in secundarias mentis contentiones. Est quidem τευτασία vox novicia, neque mihi aliunde nota; neque tamen ab analogia abhorret. De verbo τευτάζω v. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 253 sqq. — Πλῆθος hoc loco non est, quod c. 4 f. 232 r. τὸ ἐν αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) πλῆθος vocatur (v. adn. 72), sed multitudo rerum intelligibilium, quam Proclus in Alcib. I p. 249 τὸ νοερὸν πλῆθος nuncupat.

**89.** De formula τὸ ὑπὲρ νοῦν v. adn. 73.

**90.** Cum adv. ἅμα coniunge partic. καί, ut ἅμα-καί sit i. q. simulac, qua tamen in structura ἅμα τε-καί ponere solemne est. Sic, ut hoc utar exemplo, Proc. in Remp. p. 126, 12 οἱ μῦθοι-ἅμα τε ἐρρήθησαν καὶ οὐκ εἰσίν. Plura Ast. Lex. Plat. I p. 115. Fortasse τε nostro loco excidit. — De translato ἐπιβάλλειν c. dat. v. adn. 70. — Τοιόνδε λέγει i. e. hoc vel illud nuncupat. De hoc usu vocis τοιόσδε apud Proclum cf. Schoellii Ind. verb. ad Proc. in Remp. p. 229. — Ad τοιόνδε, non ad τὸ νοούμενον, pertinet ὅπερ. — De eo quod est τὸ νοητόν v. adn. 76.

**91.** Proclus hoc loco rursus respicit Oraculorum effatum, de quo v. adn. 77.



**92.** Explicandis obscurius dictis τῆς πρώτης νοητῆς τριάδος inserviunt haec Pselli in scriptione: Ἔκθεσις-τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων, post eiusdem Schol. in Oracula chald., p. 113 Opsop.: μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν. (ἀπὸ υμνοῦσι Steuch. Eugub. Perenn. philos. p. 33 Bas., ἀπουμνοῦσι Patric. Zor. f. 6 v. a., in vers.: celebrant; sed scr. ἀνυμν. c. cod. Vat. 1026.) εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν καὶ νοῦν. quibus disertiora haec eiusdem in scriptione: Ἔκθεσις τῶν παρ' Ἀσσυρίοις (sic) δογμάτων (ap. Patric. in Zoroastre, post Nov. de univ. philos. Venet. 1593 fol.) f. 6 r. a. Μετὰ τὸ ἓν τὸν πατρικόν φασι βυθόν, ἐκ τριῶν τριάδων πληρούμενον· ἑκάστην δὲ τῶν τριάδων ἔχειν πατέρα πρῶτον, εἶτα δύναμιν μέσην, καὶ νοῦν ἐπ' αὐτοῖς τρίτον, συγκλείοντα πρὸς ἑαυτὴν τὴν τριάδα. καλοῦσι δὲ ταύτας (nim. τὰς τριάδας) καὶ νοητάς. Adde Epistolographum anonymum (qui fortasse est Psellus) apud Cramer. Anecd. Oxon. III p. 181. Cf. Thilo De coelo empyr. I p. 6. — Nolito ἱδρυθέν pro ἱδρυνθέν scribere; v. Buttm. Gr. Gr. ampl. ed. II. p. 201. In exemplis quidem aoristi ἱδρύνθη, quae Lobeck. illic laudatus ad Phryn. p. 37 attulit, unum ex Aeschin. Dial. 3, 37 sumptum nihili est, siquidem ibi iam Boeckhius Simon. Socrat. dialog. p. 110 (Praef. p. XXXVI) ἱδρυθείσης pro vulg. ἱδρυνθείσης e codd. reposuit. Sed apud Proc. in Remp. p. 55, 24 ψυχῆς — ἐν ἑαυτῇ σταθερῶς ἱδρυθείσης, ubi adnotatur: „ἱδρυνθείσης vel ἱδρυσθείσης H pr", posterius soloecum est, prius exemplo nostri loci confirmatur. Ceterum de translato ἱδρύειν v. adn. 69.

**93.** De transl. συνάπτειν v. adn. 8; de eo quod Proclo est τὸ ἕν v. adn. 71.

**94.** Recentioris notae sunt voces Proclo tritae ἀσύντακτος et ἀμέθεκτος. Prior occurrit ap. Proc. in Parm., Opp. ed. Cons. II. col. 1069, 15 ἀσύντακτος ὢν πρὸς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ προεληλυθότας. et in Alcib. I p. 140 Creuz. Τὸ-παντελῶς ἀσύντακτον οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ καταδεέστερον κοινωνίαν. itemque ap. Damasc. De princip. ed Kopp. p. 115 δύο-αἱ πρῶται ἀρχαὶ πρὸ τῆς νοητῆς πρώτης τριάδος, ἥ τε πάντη ἄρρητος καὶ ἡ ἀσύντακτος πρὸς τὴν τριάδα, ex sententia Iamblichi. Posterior persaepe occurrit ap. Proc. Inst. Th., cuius caput 23 est περὶ τοῦ ἀμεθέκτου. Vid. ibi Creuz. p. 43 adn. 5 et ad Plot. De pulcr. p. 170.

**95.** Ὁ πρῶτος πατήρ a Proclo vocatur, qui in prima triade intelligibili primum locum tenet (v. adn. 92), et quem in Crat. p. 61 sq. Κρόνον vult esse, attamen p. 63 sq. a summo Ente et Uno expresse distinguit. Nimirum lis inter Platonicos fuit, utrum pater primae triadis cum illo summo Ente et Uno idem esset, an ab eo differret. Prius placuit Porphyrio, posterius Iamblicho (v. Damasc. De princip. ed. Kopp. p. 115 et n. 2), quem Proclus hic quoque sequitur. — Verbo λέγεται

(nim. *ἐν τοῖς λογίοις* vel *ὑπὸ τοῦ λογίου*) Oraculorum effatum quoddam significatur. Holstenius in marg. cod. Barb. haec adnotando: „Pat. 8", provocat ad Patricii Oracula Zoroastris (recte: Or. chaldaica) post eiusdem Nov. de univ. philos. Venet. 1593 f. 8 r., nimirum ad vss. 24. 25: *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν, οὐδ' ἐν ἑῇ* [*ἕν ἑῇ* foede Patric.] *Δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.* quae Patricius in marg. adpositâ notâ: „*Ψελ.*" sese e Psello hausisse monet. Lambecius Prodr. hist. lit., Hamb. 1659, in repetitis Patricii Oraculis Zoroastris p. 68 saltem recte: —*ἐν ἑῇ*—. Stanleius, qui in sua Hist. philos. Chald. (post Hist. philos. Lond. 1701 fol.) Patricii Oracula Zoroastris item repetiit, p. 41 hos versus aeque luxatos exhibet, sed in Coniecturis p. 62b. monet, Plethonem legere: *Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει* cet. (Vid. Plethonis Oracula magica [recte: chaldaica] vs. 59 p. 22 Ops. ubi tamen male: *Οὐ δ'* et *κλεῖσας*). Stanleii monito Clericus tacite obtemperavit in repetitis ex illo Oraculis Zoroastris; sed idem vs. 24, qui clausulam efficit hexametri, male tanquam eius initium cum v. 25 sic exhibet: *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν, Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει κλείσας ἴδιον πῦρ.* Errorem praeivit Opsopoeus l. c. p. 22 haec sic scribendo: *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν· Οὐ δ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλεῖσας ἴδιον πῦρ.* ubi insuper male post *ἥρπασεν* semicolo distinguitur et, ut supra diximus, *Οὐ δ'* ac *κλεῖσας* scribitur. Haud melius quam Clericus rem gesserunt Taylor. Class. Ephemer. t. 16 p. 343 adn. 2 et Hasius in repetitis post Valer. Max. (Vol. 2 P. 2, Paris. 1823) Plethonis Oraculis magicis p. 419, ubi rursus male *ἥρπασεν·* scribitur. Ceterum Patricius l. c. versus 24 et 25 non e Psello, ut ait, sed e Plethone l. c. hausit. Videlicet in Pselli Schol. in Orac. chald. vss. 59. 60 p. 97 sq. Ops. ita habent: *Ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν, Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει κλείσας ἴδιον πῦρ.* Quorum priora: *Ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν*, Pletho l. c. ita immutavit: *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν·* —. Sed vel sic ea quae hexametri clausulam efficiunt tanquam eius initium exhibentur. Ex nostro Procli loco priorem versum ita restituas: *Νοῦ καὶ δυνάμεως ὁ πατὴρ αὑτὸν ἥρπασεν.* De sententia oraculi Psellus l. c. p. 98: *Ὁ μὲν νοῦς τοῦ λογίου τοιοῦτος, ὡς ὁ ἐπὶ πάντων θεός, ὃς δὲ* (l. *δὴ* cum cod. Par. 1182) *καὶ πατὴρ ὠνόμασται, ἀκατάληπτον ἑαυτὸν ποιεῖ καὶ ἀπερίληπτον, οὐ μόνον ταῖς πρώταις καὶ δευτέραις φύσεσι καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει.* Quae idem addit de Filio et Patre, quippe ex doctrina christiana hausta, a re aliena sunt. Sed vel in iis, quae Psellus supra docet, *ὁ ἐπὶ πάντων θεός* male infertur, siquidem *θεὸς πάντων* a Proclo paullo post ab eo, quem *πρῶτον πατέρα* vocat, diserte distinguitur (v. adn. 96). Pletho Schol. in Orac. mag. p. 49 (vs. 58) *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν*] *Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον ἐποίησεν.* Quae qui laudat Clericus Not. ad vs. 24 hoc oraculum ad illud, quod Proclus alias *τὸ ἕν* vocat (v. adn. 71), perperam refert. Ceterum Proclus locutione *ἁρπάζειν ἑαυτόν*, ut in Oraculis l. c.



metaphorica, utitur in Crat. p. 62 *ὁ Κρόνος-ἀφ' ὅλων τῶν δευτέρων ἁρπάσας ἑαυτόν.* in Parm. ed. Stallb. p. 480 sup. *ὁ-Ζήνων-ἀπὸ τοῦ πλήθους ἁρπάζειν ἑαυτὸν ἐπείγεται πρὸς τὸ ἓν ὄν.* p. 544 inf. *τὸ ἀμέθεκτον-ἁρπάσαν ἑαυτὸ πρὸ* (l. *πρός*, i. q. *ἀπό*) *τῶν ὄντων.* p. 837 sup. (ex aliorum sententia) *εἰ-τὸ-πρώτιστον ἓν-πάντων μόνως ἐστὶ καὶ ἀσύντακτον πρὸς τὰ ἄλλα πάντα καὶ ἀμέθεκτον, ἁρπάσαν, φασίν, αὐτὸ* (l. *αὑτὸ*) *πρὸς τῶν ὅλων*—. Ibi Proclus voce *φασίν* oraculum, de quo nos supra, significat; idem tamen illud iam de summo Uno et Ente, non de *πρώτῳ πατρί*, ut nostro loco, interpretatur, in quo eum sibi haud constare haud mireris in his tricis metaphysicis.

**96.** *ὑπερηρπασμένη* B secus pro *ὑπερηρπασμένος*, quod reposui. Proc. in Parm., Opp. ed. Cous. II. col. 1071, 2 sq. de eo, qui ipsi est *ὁ πρῶτος ὄντως θεός: ὑπερήρπασται-πασῶν τῶν τοῦ ὄντος προόδων.* Proclus inauditum istud med. *ὑπεραρπάζεσθαι* ex Oraculorum locutione *ἁρπάζειν ἑαυτόν* (v. supra adn. 95) effinxisse, non ex Oraculis sumpsisse censendus est. — Cum verbis *θεὸς πάντων* cf. Proc. Th. Pl. 2, 11 p. 110 sup. ubi de summo Deo: *θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων.* Idem est *ὁ ἐπὶ πᾶσι θεός* ap. Porphyr. Vit. Plot. 23. Arguit autem adiectum partic. *ὑμνούμενος*, verba *θεὸς πάντων* ex Oraculis fluxisse. Adsolet quidem Proclus verbis *ὑμνεῖν* et *ἀνυμνεῖν*, celebrandi vi positis, abuti, ubi se sublimiora quaedam tractare velle dicit. Sic ille v. c. Th. Pl. 2, 11 de summo Deo: *ὑμνήσωμεν αὐτόν* cet. Sed idem alicubi his verbis utitur in excitandis vocibus vel dictis aliorum, qui aliquid celebrant. Sic ille v. c. in Crat. p. 70: (*ὁ Σωκράτης*) *ἐν Φαίδρῳ τὸν ὑπερουράνιον τόπον ἀνυμνεῖ.* (Cf. Phaedr. 247c.) Idem in Remp. p. 73, 15 de Platone Rep. 10. 617d: *τὴν-Λάχεσιν αὐτὴν κόρην ἀνυμνῶν.* Nec non in Oraculis laudandis idem iisdem verbis utitur, velut verbo *ἀνυμνεῖν* in Crat. p. 63, ubi de mente paterna: *πατὴρ πατέρων ἀνυμνούμενος.* ibid. p. 85 *μετὰ τὰς πηγαίας θεότητας — αἱ ἀρχικαὶ θεότητες ἀνυμνοῦνται.* ubi Boisson. de re apte confert Psell. Exposit. chald. dogm. p. 114 Ops. *μετὰ-τὰς πηγὰς λέγουσιν* (Chaldaei) *εἶναι ἀρχάς· αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν.* Et Psellus ipse, Procli exemplo, sic loquitur Expos. p. 113 loco a nobis adn. 92 allato et emendato. Praesertim vero Damascius De principiis in Oraculis laudandis verba *ὑμνεῖν* et *ἀνυμνεῖν* adhibere solet.

**97.** *Πρώτιστος πατήρ* idem est cum eo qui supra *πρῶτος πατήρ* vocatur, nimirum quia primus est trium patrum, qui in tribus triadibus intelligibilibus primum locum tenent (v. adn. 92). De eodem Proc. in Crat. p. 63: *πατὴρ πατέρων ἀνυμνούμενος*, videl. in Oraculis (v. adn. 96). — Citandi formula est *ἐν ἄλλοις*, alio loco, pariter atque *ἐν τούτοις*, hoc loco (v. c. ap. Porph. V. Pl. c. 21 init., c. 23 init. et Damasc. De princip. ed. Ruell. t. 2 p. 217, 7. 8. ubi scr.: *ὡς μαρτυρεῖ τὰ λόγια ἐν τούτοις· Ἱρὸς μὲν πρῶτος δρόμος ἐστιν, ἐνὶ δ' ἄρα μέσσῳ*—).

Verbum εἴρηται (scil. ὑπὸ τοῦ λογίου vel ἐν τοῖς λογίοις) pertinet ad Oraculorum hexametrum, qui fine truncatus sequitur: **Καὶ δύναμιν πρώτην ἱεροῦ λόγου.** Quamvis in nostris Oraculis voce δύναμις potentia quaedam divina quinquies declaretur, nuspiam tamen ibi haec comparent: δύναμις πρώτη ἱεροῦ λόγου, et ἱερὸς λόγος longe aliud sibi vult in istis Orac. 250 (Psell. 17 p. 69, Pleth. 3 p. 17): — ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας. Parum apte, fortasse tamen e Proclo, Psell. Schol. p. 69: ἱερός ἐστιν (ἐν add. e cod. Par. 1182) ἡμῖν ὁ (del. ὁ, om. P) λόγος ἡ νοερὰ (νεαρωτέρα P, f. l. νοερωτέρα) ζωή, μᾶλλον δὲ ἡ ὑψηλοτέρα δύναμις τῆς ψυχῆς, ἣν ἄνθος νοῦ (v. adn. 77) ἐν ἑτέροις ὀνομάζει τὸ λόγιον. — τούτῳ γοῦν φησι τῷ (τοῦτο γ. φησιν, omisso τῷ, P.) ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας· τουτέστι συνάψας τῷ ἱερῷ λόγῳ τῆς ψυχῆς, ἤτοι τῇ κρείττονι δυνάμει, τὸ τῆς τελετῆς ἔργον. Aptius Pletho Schol. p. 26: ἱερὸν λόγον τὸν περὶ εὐσεβείας φησίν, ἔργον δὲ τὴν τελετήν. Hanc Plethonis explicationem excitans, Cleric. Not. in Or. 250 falso ait, eum de precibus loqui; idem locum pro corrupto habet et potius unionem mentis cum Ratione aeterna respici putat, de qua Iamblich. De myst 10, 6 [p. 292, 6 sq. Parth.], ubi mentem ἐκτὸς πάσης ὕλης ope theurgiae μόνῳ τῷ ἀιδίῳ λόγῳ συνηνωμένην describit. Atqui rite in oraculo, ut saepe alias, λόγος et ἔργον ex opposito sibi respondent, neque de corruptela cogitandum; de vario usu formulae ἱερὸς λόγος in declaranda sacra doctrina quadam, v. Warren. ad Hierocl. in A. C. p. 214 et Lobeck. Agl. p. 148 sqq. 371. 714 sqq. Nostro vero Oraculorum loco ἱερὸς λόγος, sacrum verbum, saltem comparandus est cum ἀιδίῳ λόγῳ ap. Iambl. l. c., ubi v. Gal. Not. p. 315 b.

**98.** τούτων B secus. τοῦτον, quod reposui, sicut proximum οὗτος, ad ἱεροῦ λόγου refertur. — Verba οὗπερ οὗτος μετέχων pertinent ad doctrinam Procli, qua μεθέξεις θεῶν statuuntur, Inst. Th. c. 135. — In reliquis: ἱερὸς λέγεται (nim. ὑπὸ τοῦ λογίου), voc. ἱεροῦ ad praegressa: ἱεροῦ λόγου, refertur.

**99.** Comparat. ἀρρητότερος mox recurrit in verbis: ἀπ' ἄλλης ἀρρητοτέρας αἰτίας. Proc. Th. Pl. 2, 11 p. 110 de summo Deo: ὑμνήσωμεν αὐτὸν — ὡς πάσης σιγῆς ἀρρητότερον. Ad ἀρρητότερον ὄντα e proximo λόγος supple λόγον. In verbis: λόγος ὀνομάζεται (nim. ὑπὸ τοῦ λογίου), λόγος rursus refertur ad illa: ἱεροῦ λόγου.

**100.** Quamvis Proclus hoc loco non certum quoddam Oraculorum effatum laudet, tamen ex illis hanc σιγήν, et quae inferius de eadem docet, hausisse censendus est. Orac. 40. 41: **Μηδὲ προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ Καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν.** (Vs. 40 Μὴ δὲ Patr. Stanl.; βαθῷ Stanl. foede; vs. 41 τῇ pro τῷ pessime Cler. ed. I.) Ad haec Th. Gal. Not. in Iambl. De myst. p. 301: „Oracula Chaldaica tradunt, πατρικὸν νοῦν, sive νοῦν δεύτερον in patre sive prima mente manere: μηδὲ προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ πατρικῷ



βυθῷ καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ, ut inquit Damascius, (haec enim eius verba sunt, non vero oraculi, ut Patricio aliisque visum est) mansit autem — κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν.“ Quae Galei laudans, Clericus Not. in Or. 40 minus accurate refert, eum docere, hoc versu verba contineri non oraculi, sed Damascii, ex quo sequens [vs. 41] petitus sit; nam Galeus non totum vs. 41, sed solummodo illam clausulam: κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν, pro oraculi verbis habuisse videtur. Falso autem Galeus Damascio attribuit, quae Proclus in Tim. p. 167 c mera prosa, absque oraculi mentione, sic profert: τοιοῦτος — ὁ ἐκεῖ νοῦς, πρὸ ἐνεργείας ἐνεργῶν, ὅτι μηδὲ προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν cet., ut Orac. 40. 41, nulla tamen versuum distinctione. Lobeckius Agl. p. 95 sq. illa Procli: τοιοῦτος-βυθῷ cet., male tamen omisso ἔμενεν, adfert et Taylorum ea sic truncasse ait, ut nullus sensus appareat: **Μηδὲ προῆλθεν ἀλλ'** — Class. Ephemer. t. 17 p. 132. Atqui sic iam peccavit Patricius, qui verba Procli: μηδὲ προῆλθεν cet. Oraculis 40. 41 socors intulit. Eadem Taylor. l. c., fonte apud Proclum indicato, solummodo repetiit. Novo errore Coryus: Ancient fragments, ed. II. p. 241 novum versum ex iis adiecit, quae apud Proclum ante μηδὲ προῆλθεν cet. praecedunt: **Τοιοῦτος γὰρ ὁ ἐκεῖ νοῦς πρὸ ἐνεργείας ἐνεργῶν, ὅτι** (sic). In Procli loco Schneiderus p. 395, ut Lobeckius l. c., de oraculo tacet, quod tamen illic latere praeter formulam πατρικὸς βυθός Oraculorum propriam (v. Psell. loco adn. 92 init. adscripto, et cf. Thilo De coelo empyr. I. p. 15) arguit poetica vox θεοθρέμμων et vero etiam hexameter exiens: — κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν. Fortasse oraculum sic habuit: — μηδὲ προῆλθεν, Ἀλλ' αὐτοῦ ὅγ' ἔμιμνεν ἀεὶ πατρικῷ ἐνὶ βυθῷ Καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ cet. ut supra. Voci θεοθρέμμων formâ geminae sunt: ἁλιθρέμμων, in mari nutritus, „Th. Prodr. 160“ V. D. (E. Millerus, nisi fallor) in meo Lexico Junii (deest ap. Schneid. et Passov.; habet Hederic. ed. V.); βιοθρέμμων, vitam nutriens, Aristoph. Nub. 561 Αἰθέρα σεμνότατον, βιοθρέμμονα πάντων, aliter: vitâ nutritus Orph. Hy. 34 (33), 19 — κρίνεις βιοθρέμμονα φῦλα, animantia saecla Scal.; ὑδατοθρέμμων, aqua nutritus, Empedocl. fr. ed. Karst. 134. 160. Vides in eiusmodi compositis vocem θρέμμων tam active, quam passive usurpari. Nostrum θεοθρέμμων Patric. barbare vertit: deonutriens; Cleric.: a deo nutritus; tu verte: deos nutriens. Oraculorum flosculo θεοθρέμμων σιγή Proclus identidem, licet absque oraculi mentione, utitur. Sic ille in Alcib. I p. 56 in re aliena: Ἔδει-τὸν ἔνθεον ἐραστὴν τῇ θεοθρέμμονι σιγῇ — παραδοῦναι τὴν περὶ τὸν ἐρώμενον κηδεμονίαν. (Ibi Creuzer. Orac. 41 comparat et vocem θεοθρέμμων Lexicis addi iubet; male tamen idem et Cousin. Procli Opp. ed. II. col. 363 n. 1 cum Cler. τῇ ἀδύτῳ scribunt, quod quidem vitium Cler. ipse postmodum sustulit.) Idem in Crat. p. 68 magis e re: τὸν ὑπερουράνιον τόπον, καὶ ὅσα τῇ θεοθρέμ-

*μονι σιγῇ περιείληπται τῶν πατέρων.* (Boissonad.: „Verba *θεοθρ. σ.* habet ex hymno aliquo vel oraculo"; posterius verum est. Procli locum Thilo l. c. I. p. 15, de hoc Oraculorum flosculo monens, cum illo in Tim. p. 167 c comparat.) De eadem *σιγῇ* Proclus in Crat. p. 63, ubi de mente paterna: *νοῦς ἄϋλος καὶ καθαρὸς καὶ ἱδρύσας ἑαυτὸν ἐν τῇ πατρικῇ σιγῇ.* Th. Pl. 2, 11 p. 110 de summo Deo: *ὑμνήσωμεν αὐτὸν — ὡς πάσης σιγῆς ἀρρητότερον.* et in Parm. p. 912 Stallb. *εἴτε οὖν γαλήνη τίς ἐστιν ὑμνουμένη νοερὰ παρὰ τοῖς σοφοῖς εἴτε ὅρμος μυστικὸς εἴτε σιγὴ πατρική, δῆλον ὡς ἁπάντων τῶν τοιούτων ἐξῄρηται τὸ ἕν, ἐπέκεινα ὂν καὶ ἐνεργείας καὶ σιγῆς καὶ ἡσυχίας.* Lobeckius Agl. p. 471 in commemorandis variis formulis summi principii ex hoc loco illa: *γαλήνη τίς ἐστιν — σιγὴ πατρική*, compendifacta adfert et ita pergit: „Ab Orphicis quoque Sigen celebrari dicit Zoega Bassiril. t. 2 p. 35, sed falso; Platonici illam *βιοθρέμμονα* [immo *θεοθρ.*] *σιγήν* ex Oraculis cognitam habent." Nolo hîc omittere, quae in Synesii Hymnis huc pertinent ex Oraculis hausta: Hy. 1, 75 *Τὰ δ᾽ἄνω σιγὰ καλύπτει.* (Var. *καλύπτοι* secus.) Hy. 2, 22—24 *Τὰ πρόσω μάκαιρα σιγά, Νοερῶν τε καὶ νοητῶν Ἄτομον τομάν, καλύπτει.* 65 *Σὺ δὲ φωνά, σὺ δὲ σιγά.* Boissonadius quidem Not. in Synes. Hy. 1, 75, Lyr. Gr. p. 208, haec Synesii ad Valentinianam *Σιγήν* retulit, auctore Grabio ad Irenae. I, 1 p. 1 n. 3, quem ego quoque secutus sum Symbol. in Epiph. Panar. p. 26; sed recte fecit C. Thilo, quod Comm. ad Synes. Hy. 2, 22—24 (Hal. 1843) p. 17 Synesianis loca Procli in Crat. p. 68 et in Tim. p. 167 a nobis supra allata adhibuit, inque hisce oraculi alicuius chaldaici verba spectari statuit. Minus tamen probabiliter idem coniicit, id oraculum esse illud, quod Proc. in Crat. p. 72 memoret. (Locus ita habet: *τὰ λόγια περὶ ἐκείνων* [*τῶν πρὸ οὐρανοῦ*] *ὡς ἀφθέγκτων ἐνεδείξατο.* cet. de observando silentio mystico, quae nihil ad rem.) Ceterum de illa *Σιγῇ*, a Valentino et ab aliis Gnosticis celebrata, saltem comparationis gratia v. Irenae. Adv. Haer. 1, 1. 4, 69, Philosophumn. ed. Cruic. 6, 2, 22 p. 268. 6, 2, 29 p. 280. 6, 2, 31 p. 285. 10, 5, 13 p. 489 et cf. Gal. ad Iambl. De myst. p. 301, Grab. l. c., Boissonad. Notit. Mss. XI, 2 p. 141 meque Symb. in Epiph. Pan. l. c. et p. 34.

**101.** *ἐκθεώσεως* B. *ἐκθεωτικὴν* scribendi compendio V, melius. Proc. in Parm., Opp. ed. Cous. II. col. 1066, 23 *τοῦτο — τὸ πάσης οὐσίας ἐκθεωτικόν, τὸ ἕν.* col. 1069, 1 (*τὸ ἕν*) *τὸ πάσης ἐκθεωτικὸν τῆς τοῦ ὄντος ὑποστάσεως.* Verbo *ἐκθεοῦν* Proclus utitur Inst. Th. c. 138 p. 204 Creuz. *Πάντων τῶν μετεχόντων τῆς θείας ἰδιότητος ἐκθεουμένων πρώτιστόν ἐστι καὶ ἀκρότατον τὸ ἕν.* Creuzer., qui *ἐκθεουμ.* virgulis incommode circumsepsit, hoc verbum in Ind. Verb. omisit.

**102.** *Συνάγειν*, colligere, coartare, recurrit c. 5 f. 233 r. *συνάγεται πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ πλῆθος εἰς μίαν κορυφήν.* Cum verbis *τῶν*



*λόγων —, συνηγμένων ὄντων*, propter structuram, qua partic. verbi *εἶναι* c. alio partic. vel c. adi. praegresso substantivo adponitur, cf. inferiora: *τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, πολυειδῶν οὐσῶν.*

**103.** De *ἑνάσι* Procli v. eius Inst. Th. c. 137 p. 204 sqq. Creuz., quem cf. p. 204 adn. 4 et Kirchhoff. De Procli Neoplat. metaphysica, Berol. 1846, p. 9. Infra c. 5 f. 233 r. *οἱ νοεροὶ λόγοι* animarum *ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων* esse dicuntur. — Comparat. *ἀρρητότερος* attigi adn. 99.

**104.** Haec non tam ex Oraculis sumpta, quam ex eorum *σιγῇ* illa, de qua v. adn. 100, dialectice deducta esse puto. Sed vel sic Oraculorum vestigium inest verbis *νοητῶν σιγωμένων*, siquidem partic. *σιγώμενος* occurrit in Oraculorum flosculo apud Procl. Th. Pl. 5, 34 p. 320 inf., ubi de secunda a summo Deo mente: *ἀνυπέρβλητος — ἡ ἕνωσις τοῦ τε* (p. 321 sup.) *πρώτου πατρὸς καὶ τοῦ πρώτου τῶν ἀχράντων θεῶν, καὶ διὰ τοῦτο σιγώμενος καλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν* (i. e. a diis, Oraculorum auctoribus) *οὗτος ὁ ἄκλιτος θεὸς καὶ τῷ νῷ συνᾳδεῖν λέγεται καὶ κατὰ νοῦν μόνον ὑπὸ τῶν ψυχῶν γνωρίζεσθαι, διότι δὴ κατὰ μίαν ἕνωσιν ἐν τῷ πρώτῳ νῷ συνυφέστηκεν.* Inde frequens apud Proclum usus participii pass. *σιγώμενος*, v. c. Th. Pl. 3, 18 p. 151 inf. *τοῦ ἀγαθοῦ πάντα σιγωμένην ἔχει καὶ ἀπόρρητον τὴν ἔφεσιν.* 5, 28 p. 308 inf. *ὁ ἐν Φαίδρῳ Σωκράτης τελετῶν ἁγιωτάτην ἀποκαλεῖ τὴν τῶν νοητῶν ἑνάδων θέαν ὡς σιγωμένην καὶ ἀπόρρητον.* in Alcib. I. p. 56 *τὸ σιγώμενον* (*προηγεῖται*) *τῶν διὰ λόγου καὶ φωνῶν γιγνομένων.* ibid. *ἐν τῇ σιγωμένῃ τάξει τῶν θεῶν.* Id. in Crat. p. 36 *Τὰ-πρὸ αὐτῆς* (*τῆς νοερᾶς τῶν νοητῶν φύσεως*) *σιγώμενα πάντα καὶ κρύφια νοήσει μόνον γνωστὰ ἦν.* al. (Cf. mea ad Hymn. in Deum Plat. III adn. ad vs. 9 sq.) Indidem Synes. Hy. 9, 49 sq. *Ἀγαθῶν ὅθι παγά, Σιγώμενος οὐρανός*, qui describitur vs. 61 sq. Cf. C. Thilo Comm. ad Synesii Hy. 2 vs. 22—24 p. 19.

**105.** *Μήποτε*, fortasse, tam Grammaticis et Scholiastis, quam philosophis recc. usitatum est; cf. Gregor. Cor. ed. Schaef. p. 242. 910 et Ind. verb. ad Proc. in Remp. ed. Schoell. p. 202 a. Apud Damascium De princip. affatim exemplorum. — Dictione *νοῦ ἄνθος* rursus respicitur oraculum, de quo v. adn. 77. Istam vero dictionem: *ψυχῆς ἄνθος*, cuius antea nulla fit mentio, et quae in nostris Oraculis omnino nuspiam comparet, Proclus non ex illis hausisse, sed ad instar prioris ipse finxisse videtur. Eadem idem absque oraculi mentione utitur in Parm., Opp. ed. Cous. ed. II. col. 29 sq. *Πῶς δ᾽ἂν τὸ ἓν — — καὶ τὸ ἄνθος τῆς ψυχῆς ἀναλάμψαι ποιήσαιμεν, εἰ μὴ κατὰ νοῦν πρότερον ἐνεργήσαιμεν;* Ibi tamen *ἄνθος τῆς ψυχῆς* fere idem sibi vult ac nostro loco *νοῦ ἄνθος*, ut Proclus sibi haud constare videatur. Alio sensu, nimirum de animae

pulcritudine, dictionem *ψυχῆς ἄνθος* usurpat Maxim. Tyr. 25, 2 *ἀρχὴ-αὐτοῦ* (amoris Socratici) *ψυχῆς ἄνθος ἐν σώματι διαφαινόμενον.* — — *τοῦτο δύναται καὶ ψυχῆς ἄνθος ἐμπεφυτευμένον σώματι καλῷ· ἐκλαμπρίνεται ὑπ'αὐτοῦ* cet. secundum illud Vergilii Aen. 5, 344: Gratior et pulcro veniens in corpore virtus.

**106.** *τὸ μὲν* — ad remotius *νοῦ ἄνθος, τὸ δὲ* — ad praegressum *ψυχῆς ἄνθος* refertur, aliter ac c. 3 init. in *ἡ μὲν*—, *ἡ δὲ* — fit; v. adn. 48. Cum priore definitione, quae ad *νοῦ ἄνθος* pertinet, cf. quae Psellus, a nobis adn. 77 et 81 laudatus, de hac dictione docet; quamquam ille ea profert, quae magis cum posteriore Procli definitione, qua *ψυχῆς ἄνθος* explanatur, consentire videntur. — De *νοερᾷ ζωῇ* cf. Creuz. ad Proc. in Alcib. I. p. 244 sq. — De adi. *ἑνοειδής* v. adn. 78. — Structuram verborum *δυνάμεων—, πολυειδῶν οὐσῶν* attigi adn. 102.

**107**. Cum prioribus: *νοῦς —καὶ διάνοια καὶ δόξα*, cf. c. 2 init. *τὰς τριπλᾶς αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) γνωστικὰς δυνάμεις —, νοεράς, διανοητικάς, δοξαστικάς*, et adn. 21. Dein *προσοχή* stoica vox est; v. Creuz. ad Proc. in Alc. I. p. 16. Proc. in Remp. p. 93, 3 *ἐπιστρέφοντα τὰς ψυχὰς εἰς τὴν προσοχὴν καὶ τὴν ἀμείνω ζωήν.* Novissimis adhibeo Proc. Inst. Th. c. 190 p. 282 sq. *Πᾶσα ψυχὴ μέση τῶν ἀμερίστων ἐστὶ καὶ τῶν περὶ τὰ σώματα μεριστῶν.* Ibi cf. Creuz. p. 283 n. 1, a quo tamen miror neglectum Platonem Tim. 35a loco primario, unde hic apud Platonicos usus vocum *ἀμέριστος* et *μεριστός* fluxit. De posteriore voce moneo adn. 70. Plura ego in Dionysiacis p. 65.

**108.** In proclivi est *πεφυκότος* coniicere ex notissimo loquendi usu platonico, quo *πέφυκα* idem valet ac naturâ-sum, univ. sum (v. Ast. Lex. III. p. 524 sqq.), ut participia *πεφυκότος* et *ὄντος*, quod sequitur, sibi respondeant. Sed stare potest *πεφηνότος*, siquidem verbi *φαίνομαι* perf. 2. *πέφηνα* idem valet ac manifestus sum, ut verba *διττοῦ δὲ τοῦ ἑνὸς πεφηνότος* verti possint: Quum vero unum manifesto duplex sit.

**109.** Redit Proclus hoc loco ad superiorem definitionem, qua id quod *ψυχῆς ἄνθος* vocat, ita declaratur: *τὸ ἁπασῶν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἕν.* — Intricata verba *ἡμῶν τῶν δυνάμεων* sic sunt explananda: *τῶν δυνάμεων ἡμῶν*, sive mavis *τῶν ἡμετέρων δυνάμεων.* — *ὄντος*, quod B virgulâ praepositâ ab *ἄνθους* male divellit, ad *τοῦ μὲν* refertur.

**110.** *τοῦ*, quod B male omittit, necessarium est ad sensum, quum *τοῦ δὲ* praegresso *τοῦ μὲν* respondeat. Ad *κέντρον* ex praegressis *ὄντος* sponte repetitur. Genitivi *τῆς ὅλης οὐσίας* et *τῶν περὶ αὐτὸ-δυνάμεων* simul ex voce *κέντρον* pendent, ad quod *αὐτὸ* (*αὐτῶν* male B) pertinet. Cf. postrema huius adnotationis. *Κέντρον* vox autem, i.e. cardo, medium, (v. Salmas. De annis climact. p. 440 sq.) mathematicorum, astronomorum



et astrologorum propria, posteriore aetate a theosophis et philosophis de rebus incorporeis et divinis usurpari coepta est. Orac. 162 de Sole circa centrum lucis divinae se movente: *Καὶ ταχὺς ἠέλιος περὶ κέντρον ὅπως ἐθὰς ἔλθῃ—.* (Ex Damasc. De princ. ms. Hamb. p. 397, ed. Ruell. t. 2 p. 157, 20; cf. Heitz. ap. Schoell. ad Proc. in Remp. p. 95 adn.). Ibid. 176 de adsectando centro divinae lucis sive intelligibilis naturae: *Κέντρῳ ἐπισπέρχων ἑαυτὸν φωτὸς κελάδοντος.* (E Proclo in Tim. p. 236e leg. *σαυτὸν—.*) Ibid. 178 de summo Deo centro rerum: *Κέντρον ἀφ' οὗ πᾶσαι* (nim. *γραμμαί*) *μέχρις ἂν τυχὸν ἴσαι ἔασι.* (E Proclo in Euclid. p. 154 Friedl. leg. *ἄντυγος* pro *ἂν τυχὸν*, et *ἔασιν.*) Ibid. 180 de Hecate in medio cosmagorum collocata: *Μέσον τῶν πατέρων ἑκάστης κέντρον φορεῖται.* (Ex Damasc. De princip., ms. Hamb. p. 394. 403, ed. Ruell. t. 2 p. 154, 17. 164, 19, leg. *Ἑκάτης κ. πεφόρηται*, et insuper *Μέσσον. Ἑκάτης* recte Taylor. Class. Ephemer. t. 17 p. 246, fonte tamen non indicato. De re Psell. Exposit. dogm. chald. p. 114 Ops.) Inde Plotinus 1, 7, 1 de summo Bono centro rerum: *Δεῖ οὖν μένειν αὐτό, πρὸς αὐτὸ δὲ ἐπιστρέφειν πάντα, ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον, ἀφ' οὗ πᾶσαι γραμμαί.* (Cf. Orac. 178 supra cit.) *Καὶ παράδειγμα ὁ ἥλιος, ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς τὸ φῶς τὸ ἀπ'αὐτοῦ ἀνηρτημένον πρὸς αὐτόν.* (Ibi Creuz. Annot. p. 63.) Id. 4, 1 de anima: *ῥυείσης μέχρι τῶνδε, οἷον γραμμῆς ἐκ κέντρου.* (ibi Creuz. tacet.) 4, 2, 1 de natura divina: *ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχουσα οὐσία, κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐφεξῆς οἷον κέντρον ἐν κύκλῳ.* 4, 3, 17 de divinae lucis centro: *Ἔστι γάρ τι οἷον κέντρον, ἐπὶ δὲ τούτῳ κύκλος ἀπ' αὐτοῦ ἐκλάμπων, ἐπὶ δὲ τούτοις ἄλλος, φῶς ἐκ φωτός.* 6, 8, 18 fusius de intellectu primo ad summum deum comparato, tanquam circulo inferiore ad centrum superioris lucis sese adplicante. 6, 9, 8 de copulatione cum summo deo, universi centro: *συνάπτομεν κατὰ* (del. *κατὰ*) *τὸ ἑαυτῶν κέντρον τῷ οἷον πάντων κέντρῳ.* 6, 9, 10 de eadem re: *κἀκείνου γενόμενος ἕν ἐστιν, ὥσπερ κέντρῳ κέντρον συνάψας.* Cf. Zeller. Philos. Gr. t. III, 2 p. 500 sq. n. 3, qui tamen, ut est omnino securus Oraculorum chaldaicorum, vestigia eorum apud Plotinum parum curat. Duobus novissimis Plotini locis *τὸ ἑαυτῶν κέντρον* et *κέντρον* de priore quod Proclus ante statuit uno, nim. animae humanae, contra *τὸ οἷον πάντων κέντρον* et *ὥσπερ κέντρῳ* de summo Uno, ut nostro loco, accipiendum est. In rebus intellectus vocem *κέντρον* Iamblich. ponit ap. Damasc. De princip. p. 331 Kopp. *ὁ — Ἰάμβλιχος — ἀναγκάζων ἡμῖν* (l. *ἡμῶν*) *τὰς πολλὰς νοήσεις εἰς ἓν κέντρον συνερείδεσθαι καὶ τὴν περιφορὰν κέντρον ποιεῖν.* quo Damasc. respicit p. 332 *κατὰ τὴν μίαν νόησιν, ἣν κέντρον ἐλέγομεν πασῶν τῶν νοήσεων.* Magis proprie et numero plurali Iamblich. De myst. 5, 2 p. 527, 4 Parth. de mundi elementis: *τῆς ἐν τάξει περὶ τοῖς κέντροις περιδινουμένης περιφορᾶς.* Synesius exemplum sive Oraculorum, sive Plotini in eadem voce de summo Deo usurpanda sequitur Hy.

1, 67—60 Ὑπερούσιος δὲ παγὰ Στέφεται κάλλεϊ παίδων Ἀπὸ κέντρου τε θορόντων, Περὶ κέντρον τε ῥυέντων. Hy. 2, 70 Μέγα χαῖρε, κέντρον ὄντων. 3, 150 Πάντων κέντρον. Idem eadem voce in celebrando S. Spiritu abutitur 4, 99 sq. Κέντρον γενέτου, Κέντρον δὲ κόρου. 5, 65 Κέντρον κούρου καὶ πατρός. Sensu corporeo et numero plurali id. Hy. 5, 18 Κέντρων γαίας ῥιζωτάς. Promiscue hac voce translata Proclus in Th. Pl. utitur: 1, 3 p. 7 sup. de anima: συννεύουσα εἰς τὴν ἑαυτῆς ἕνωσιν καὶ τὸ κέντρον συμπάσης ζωῆς. 3, 1 p. 123 sup. ἔστιν ἑνὰς ἑκάστη τῶν ὄντων τινὸς οἷον ἄνθος τοῦ ἑνὸς καὶ ἀκρότης καὶ κέντρον. 3, 9 p. 135 med. ἡ — ζωὴ τὸ μέσον κέντρον τοῦ ὄντος, νοητὴ ζωὴ λεγομένη καὶ οὖσα, ubi μέσον otiosum est. 4, 8 p. 191 inf. ἡ μεσότης-ὥσπερ εἰς κέντρον αὐτὴν (τὴν ἕνωσιν τῶν νοητῶν) συνάγει. 5, 11 p. 265 inf. de ζωογόνῳ Ῥέᾳ: τὸ — μέσον κέντρον τῆς νοερᾶς τριάδος τῆς πατρικῆς — ἡ θεός ἐστιν αὕτη, ubi μέσον itidem otiosum. Denique ad nostrum locum maxime adposita sunt haec S. Maximi Schol. in Dionys. Areop. (Coel. Hier, 7, 4) p. 34 Morel.: πᾶς νοῦς τοῦ πάντων αἰτίου θεοῦ ἐκλάμψας — λέγεται περὶ αὐτὸν ὡς περὶ κέντρον κινεῖσθαι, τῆς κινήσεως οὐ τοπικῆς τινος οὔσης, ἀλλὰ νοερᾶς καὶ ζώσης. Id. ibid. (ὁ νοῦς) περὶ τὴν θεοῦ ἔφεσιν καὶ ἀγάπην ὡς περὶ κέντρον ἔσται. quae tamen minus apte dicta. Aptius id. p. 35: ἔστι κατὰ φύσιν ἑκάστῳ τῶν νοῶν ὁρμὴ ἡ πρὸς θεὸν ἔφεσις καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ὡς περὶ κέντρον κυκλικὴ χορεία, ὡς ἡ τοῦ κύκλου περὶ τὸ σημεῖον ἢ κέντρον, ἀφ' οὗ συνέστη. Statim post Maximus (et ex eo Pachymer. Paraphr. p. 70d Cord., a me laudatus in Dionysiacis p. 26) tacite exscribit Plat. Ep. 2. 312e περὶ τὸν (τῶν male Max., τὸν recte Pach.) πάντων βασιλέα πάντ' (πάντα M. P) ἐστί, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν (ἁπ. καλ. αἴτ. M. P), cuius quidem loci hisce cum verbis: περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστί, propter interiorem eorum sensum conferenda sunt nostra Procli: τῶν περὶ αὐτὸ ἁπασῶν παντοίων δυνάμεων.

**111.** ἐκεῖνο hîc et inferius refertur ad superiora: τοῦ μὲν — ἄνθους ὄντος. — De verbo συνάπτειν v. adn. 8. — De eo, qui Proclo est ὁ πατὴρ τῶν νοητῶν v. adn. 3.

**112.** νοηρὸν B, litera η̄ e praegresso νοητῶν temere repetita. Adi. νοερός occurrit in praegressis τῆς νοερᾶς ἡμῶν ζωῆς, et c. 4 ter recurrit, estque omnino frequens in his Eclogis e Proclo.

**113.** De πατρικῷ νῷ Oraculorum v. adn. 3.

**114.** Verbo συννεύειν similiter utitur Proc. in Alcib. I. p. 247 εἰς αὐτὴν συννεύσαντεις τὴν ἕνωσιν ἡμῶν. (Deest in Ind. Verb.) Th. Pl. 1, 3 p. 7 sup. de anima: συννεύουσα εἰς τὴν ἑαυτῆς ἕνωσιν. in Remp. p. 25, 24 Schoell. (ψυχῆς) εἰς ἑαυτὴν — συννεῦσαι μὴ δυνηθείσης. — Ad αὐτῆς repete τῆς ψυχῆς ex praegressis ψυχικαὶ δυνάμεις, i. e. δυνάμεις τῆς ψυχῆς. De nomine subst. e praegressis eruendo cf. Ast. Anim. in Plat. Legg. p. 447.



**115.** Delevi ὃ quod B ante μόνον repetit; arte enim haec cohaerent: τὸ δὲ ἓν — μόνον πέφυκε cet., et ineptum sit, ὃ eo excusare velle, quod ἐστί ad τὸ δὲ ἓν supplendum sit. Alioquin saltem καὶ ante ὃ μόνον adiici oportebat. — Πέφυκε c. inf., solet, natura ita comparatum est, ut —, Proclo usitatum; v. modo Schoellii Ind. Verb. ad Proc. in Remp. p. 234b. — Verbo προσάγειν similiter utitur Iambl. De myst. 10, 6 p. 292, 6 Parth. τότε τῷ ὅλῳ δημιουργῷ τὴν ψυχὴν προσάγει. — Platonici summum et ultramundanum Deum solemni formula: ὁ (vel τό) πάντων ἐπέκεινα, celebrant, sive illa per se posita, sive adiectis, ut hoc loco a Proclo, vocibus τῶν ὄντων. Videas, quae ad Hymn. in Deum Platonicum III (ad vs. 1) adnotavi, meaque Dionysiaca p. 48.

**116.** καθό, quocirca, est ἅπαξ λεγόμενον Platonis Soph. 267d, ubi Heindorf. virgulam, Stallb. rectius semicolon praefigit. Nostro loco B puncto distinguit. Cf. adn. 128. — Verbi ῥιζῶ, pass. radices ago (trop., ut vern. einwurzeln) exempla Astius Lex. Pat. III p. 237 adfert ex Ep. 7. 336b et Legg. 8. 839a (ibi idem V. D. Anim. p. 410 tacet, contentus pass. ῥιζοῦσθαι in Ind. Gr. p. 634a ex hoc loco adnotasse). Priore loco ῥιζοῦσθαι praep. ἐξ secum habet, posteriore οὗ i. q. ἐν ᾧ, quae structura nostro loco obtinet. Ἐνερριζῶσθαι c. dat. habet Damasc. De princip. ed. Ruell. t. 2 p. 126, 7 βούλεται — τῇ οἰκείᾳ ἀκρότητι ἐνερριζῶσθαι ἡ μένουσα οὐσία. — Rem quod adtinet, huc quodammodo pertinet illud, quod Plato Tim. 90b caput humanum, quippe cui mens e coelis hausta inclusa sit, τὴν ῥίζαν ἡμῶν vocat.

**117.** Ante καὶ B puncto distinguit; sed respondent sibi καθὸ καὶ — καὶ —, quare satis habui virgulam ponere. — Τῷ c. inf. (hîc ἐρριζῶσθαι), eo quod, a librariis fere semper in τό commutatum est, ut nostro loco in B; tu cf. Heindorf. et Stallb. ad Plat. Phaed. 60b, Ast. Lex. Plat. II 407 sq. Apud Synes. De provid. p. 89b scribendum: οὐ γὰρ τῷ (vulg. τὸ) τοῖν αὐτοῖν ἐπὶ γῆς ἐκφῦναι γονέοιν, τούτῳ προσήκουσι ψυχαὶ ψυχαῖς (vulg. τοῦτο προσήκει ψυχαῖς), ἀλλὰ τῷ (vulg. τὸ) ἐκ μιᾶς ῥυῆναι πηγῆς. — Προιέναι hoc loco absolute dicitur anima, quae e coelis ad haec terrestria procedit. Plenius eo verbo Proclus eadem in re utitur in Remp. p. 120, 29 πρόεισιν — εἰς τὸ ἔσχατον (ἡ ψυχή). — Τῆς ἑαυτῶν αἰτίας insolentius dictum pro τῆς ἡμῶν αἰτίας. Cf. adn. 68. Αἰτία animarum est Deus, utpote rerum causa, sentiendi et dicendi usu platonico; v. Dionysiaca mea p. 51. Proclus c. 5 f. 233 r. πᾶσα ψυχὴ — κατὰ μίαν — ὅλως αἰτίαν ὑφέστηκεν. Voce causa eadem in re utitur Boeth. Cons. Phil. 4, 6 carm. 6, 46 sq.: „Nisi converso rursus amore Refluant causae, quae dedit esse.“ — Rem quod adtinet, Proclus alias, ut in Alcib. I. p. 244, τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ τοῦ ἑνός urget. (Quae

Creuzer., hoc Empedocleum vocans, ibi adfert, potius ad proxima apud Proclum: καὶ τὴν φυγήν, pertinent. Cf. eundem ad Procl. De Unit. et Pulcro ante Plot. De pulcrit. p. 81 n. 11.) Eadem in re Synes. Hy. 1, 95 Ἀπὸ δ'ἐστάθη τοκήων.

**118.** Ne initio μὲν post ἡ desideres propter inferius opposita τὰ δὲ λόγια, v. Ast. Lex. Plat. I p. 423 inf. — μὲν B ante ἀποφοιτήσεως otiosum est; praestat τε, quo vestigium scripturae V conducit et quod reposui, siquidem praegressis: τήν τε λήθην καὶ ἀνάμνησιν, haecce respondent: τῆς τε ἀποφοιτήσεως — καὶ τῆς — ἐπιστροφῆς, ubi B ante καὶ τῆς virgulam inepte ponit. Omnino structura verborum turbata est in B, ubi post αἰτιᾶται puncto distinguitur. Nimirum αἰτιᾶσθαι, c. genit. et accus. iunctum, hoc valet: aliquid (vel aliquem) causam (vel culpam, ut hoc loco) alicuius rei dicere, qua in structura interdum αἴτιον εἶναι post αἰτιᾶσθαι adiicitur. Exempla promiscue dat Ast. Lex. Plat. I p. 70. Proc. in Remp. ed. Schoell. p. 70, 10 sq. Δερκυλλίδης τὴν τοῦ θείου σώματος περίοδον — τοῦ μηδέποτε συμπεσεῖσθαι τὸ πᾶν αἰτιᾶται. p. 126, 33 πάντων — αἰτιᾶσθαι χρῆναι τῶν ἀγαθῶν τὸν θεὸν—. Nostro loco acc. λήθην ad gen. ἀποφοιτήσεως et acc. ἀνάμνησιν ad gen. ἐπιστροφῆς pertinet. — Veniamus ad res. Φιλοσοφία a Proclo Platonico vocari solet Platonis philosophia. (Cf. Schoellii Ind. Verb. ad Proc. in Remp. p. 233b. inf.) Secundum eam, ut Proclus ait, oblivio aeternarum notionum causa est discessus a diis. De hac oblivione Proc. in Alcib. I. p. 259 δεῖ — τὴν ψυχὴν ἐν ἑαυτῇ ζητεῖν — τοὺς ἀιδίους τῶν ὄντων λόγους. Πλήρης γάρ ἐστιν αὐτῆς ἡ οὐσία τούτων· ἐπικρύπτεται δὲ ἐκ τῆς γενεσιουργοῦ λήθης. (De formula γενεσιουργὸς λήθη v. adn. 46.) Id. in Remp. p. 51, 17 ὁ — τῆς Λήθης ποταμὸς — ἀεὶ λήθη ἀναπιμπλὰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀεὶ ἑστώτων λόγων, ubi οἱ ἀεὶ ἑστῶτες λόγοι iidem sunt qui nostro loco οἱ ἀίδιοι λόγοι et in Alcib. I. l. c. οἱ ἀίδιοι τῶν ὄντων λόγοι, paullo inferius autem οἱ νοεροὶ λόγοι vocantur et ab ideis repetuntur. Quam Proclus ἀποφοίτησιν ἀπὸ τῶν θεῶν vocat, parilis est empedocleae φυγῇ, de qua v. adn. 117. Porro secundum philosophiam Platonis, ut Proclus ait, ἀνάμνησις τῶν ἀιδίων λόγων causa est τῆς ἐπ' αὐτοὺς (τοὺς θεούς) ἐπιστροφῆς. De ἀναμνήσει platonica v. Creuzer. ad Plot. De pulcr. p. 166 sqq. et Ast. Annot. in Plat. Phaedr. p. 433. Eam Proc. in Alcib. I. p. 28 pariter ac nostro loco vocat ἀνάμνησιν τῶν ἀιδίων λόγων, adiiciens tamen verba τῆς ψυχῆς. Eandem idem in Remp. p. 124, 14 loco statim adscribendo τὴν τῶν ὄντων ἀνάμνησιν nuncupat. De ἐπιστροφῇ ad deos, i. e. de conversione animi ad divina, v. mea Dionysiaca p. 3. Coniunctam cum hac conversione ἄνοδον secundum ἀνάμνησιν fieri Proclus docet in Remp. p. 124, 14 τὴν ἀπὸ γενέσεως αὖθις ἄνοδον ἐπὶ τὴν νόησιν κατὰ τὴν τῶν ὄντων ἀνάμνησιν.



**119.** Haec brevius ideoque obscurius dicta ex superioribus cogitatione ita integranda sunt: τὰ δὲ λόγια τήν τε λήθην καὶ ἀνάμνησιν τῶν πατρικῶν συνθημάτων αἰτιᾶται τῆς τε ἀποφοιτήσεως τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν καὶ τῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐπιστροφῆς. Proclus hoc loco respexisse videtur Orac. 268—270: Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς, Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης καὶ ῥῆμα λαλήσῃ, Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ. Quos quidem versus, prout in codd. Vat. 573 et Par. 1182 Scholiorum Pselli in Orac. chald. et apud Plethon. Orac. Mag. 11—13 p. 17 leguntur, Patricius Oraculis intulit. Apud Psellum, Schol. in Orac. Chald. p. 106 Ops. nonnisi haec mutila et metro soluta exstant: Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης πατρικὸς νοῦς, μέχρις ἂν ἐξέλθῃ. Plenos tamen versus, prout in codd. citt. et ap. Pleth. l. c. leguntur, Psellus l. c. ita interpretatur: Οὐ παραδέχεται ὁ πατρικὸς νοῦς τὰς τῶν θελημάτων τῆς ψυχῆς ὁρμάς, (τῆς ψυχῆς τὰς τῶν θελ. ὁρμ. Par. 1182) μέχρις ἂν αὐτὴ (αὕτη Par.) ἐπιλάθηται μὲν τῆς λήθης ὧν πεπλούτηκε παρὰ τοῦ παναγάθου πατρός, ἔλθῃ (ἔλθοι Par. secus) δὲ εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔσχεν ἐξ αὐτοῦ ἱερῶν συνθημάτων, καὶ φωνὴν ἀφήσει (l. ἀφήσῃ) εὐγνώμονα, μνήμην ἑαυτῆς (l. ἑαυτῇ cum Par.) ἐνθεμένη τῶν τοῦ γεννήσαντος αὐτὴν πατρὸς θείων συμβόλων. (Quae apud Psell. p. 106. 109 sequuntur infra adn. 121 indicata, desumpta sunt e proximis Procli: συνέστηκε γὰρ ἡ ψυχή cet., unde eo fit verisimilius, Proclum respexisse eos ipsos Oraculorum versus, quos supra attuli.) Ex longiore interpretatione Plethonis Schol. in Orac. Mag. p. 29 Ops. haec adpono, quibus verba πατρικὸς νοῦς Orac. 268, a Psello neglecta, illustrantur: Ὁ πατρικὸς νοῦς, ὁ δεύτερος δηλαδὴ θεὸς καὶ τῆς ψυχῆς προσεχὴς δημιουργός. Porro Pletho ad verba μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης Or. 269 satis bene haec adnotat: ἣν ἐκ τῆς πρὸς τόδε τὸ σῶμα ἐπιπλοκῆς ἔπαθε. Cf. adn. 46 extr. — Nostro loco Proclus πατρικὰ συνθήματα ponit pro collectivo πατρικὸν σύνθημα Or. 270. De adi. πατρικός, in Oraculis pervagato, v. adn. 3. Πατρικὰ συνθήματα a Proclo statim post θεῖα σύμβολα et ἄγνωστα συνθήματα nuncupantur; Psellus quoque l. c. voces συνθήματα et σύμβολα promiscue ponit. Vid. adn. 16. Clericus Not. in Orac. 270 συνθήματος: „Haec vox tesseram significat, videturque idem esse ac Symbolum; [hactenus ille recte; ab Oraculis aberrant cetera:] hoc est, ritum aliquem sacrum, vel evocationem aliquam, certis verbis, iisque mysticis, conceptam designare. Vid. Iamblich. [De myst.] 1, 12 [p. 42, 16 Parth.] et 22 [p. 65, 6, ubi συνθήματα recte Gal. Not. pro ἐνθήματα]." Nimirum Iamblichus tum his locis, tum aliis, v. c. 1, 15 p. 48, 6. 2, 11 p. 97, 4. 3, 15 p. 136, 7, voce σύνθημα eo quem Clericus indicat sensu exteriore magisque corporeo abutitur.

**120.** Ecce tibi vestigium eius studii, quo Platonici consensum non Orphei solum et Pythagorae, sed etiam Platonis circa Oracula demon-

strare conati sunt. Suidas v. *Συριανός· ἔγραψεν — Συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος περὶ τὰ λόγια.* quae apud Suidam v. *Πρόκλος* perperam repetita nonnulli ad hunc referre malunt; tu v. nostram Praefationem p. VIII.

**121.** Scripturam *ψυχή*, a me loco mendosae *ψυχική* B repositam, confirmant Psellus Schol. in Orac. Chald. p. 106 Ops. eiusque cod. Par. 1182; nimirum Psellus, quod supra adn. 119 iam significavi, l. c. et p. 109 haec Procli cum proximis usque ad verba *τῶν ἀγνώστων συνθημάτων* tacite exscripsit. Discrepat tamen Psellus editus a Proclo in hisce: *συνέστηκε*] *συνέστη* secus. *συνέστηκε* cod. Par.; infra *ὑφέστηκεν. διέστηκε.* — *νοερῶν*] *ἱερῶν* item secus, ut Par.; tu cf. superiora Procli: *τῶν ἀιδίων λόγων*, et proxima: *ἀπὸ τῶν νοερῶν εἰδῶν — — τῶν νοερῶν οὐσιῶν*, quibus duobus locis apud Psellum rursus male *ἱερῶν* pro *νοερῶν* scribitur, quod posterius Par. utrobique habet. — *τὰ δὲ*] *οἱ δὲ* perversa repetitione, quum *οἱ μὲν* ad *λόγων, τὰ δὲ* ad *συμβόλων* referatur; v. adn. 48. *τὰ δὲ* recte Par. — Ceterum verbis *θεῖα σύμβολα* praegressa *πατρικὰ συνθήματα* significari, adn. 119 iam monui.

**122.** In accentibus verborum *οἱ μὲν εἰσὶν* et proximorum *καὶ ἐσμὲν εἰκόνες* B, cod. Par. Pselli loco supra cit. et ed. Ops. consentiunt; malim tamen scribere *μέν εἰσιν* et *καί ἐσμεν.* Ratione caret *μὲν — δὲ* B; tu v. adn. 78. — *Νοερὰ εἴδη* statim post *νοεραὶ οὐσίαι* vocantur, nim. ideae. — De *ἑνάσι* Procli v. adn. 103.

**123.** Verba *ἀγάλματα δὲ*, in B paullulum turbata, Psellus adn. 121 citatus eiusque cod. Par. sic exhibent, ut ea emendavi. Recte quoque iidem *συνθημάτων* scribunt. — Cum verbis *καὶ ἐσμὲν εἰκόνες τῶν νοερῶν οὐσιῶν* cf. haec modestiora Procli in Parm., Opp. ed. Cous. II., col. 1071, 21: *Ἔχομεν - ἡμεῖς — τῶν πρωτίστων αἰτιῶν εἰκόνας.* 27 *τὸ ἓν τῆς ψυχῆς — ὅ ἐστιν ἐν ἡμῖν οἷον εἰκὼν τοῦ ἑνός.* Utrumque, *εἰκόνες*, et, quod sequitur, *ἀγάλματα*, Proc. in Crat. p. 7 ita coniungit: (*ἡ ψυχή*) *ἔχει — αὐτῶν* (*τῶν πραγμάτων*) *εἰκόνας καὶ λόγους οὐσιώδεις διεξοδικούς, οἷον ἀγάλματα τῶν ὄντων.* Metaphoram platonicam vocis *ἄγαλμα* in Dionysiacis p. 16 sq. post Ruhnkenium et Creuzerum illustravi. — De verbis *τῶν ἀγνώστων συνθημάτων* v. adn. 119. Psellus Expos. dogm. chald. p. 114 Ops. *φασὶ δὲ — — καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι.*

**124.** De mente Proc. Inst. Th. c. 177 p. 266 *Πᾶς νοῦς, πλήρωμα ὢν τῶν εἰδῶν* —, ubi Creuz. n. 1 de voce *πλήρωμα.* De anima humana Proc. in Alcib. I. p. 187 *ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ πάντας — ἐν ἑαυτῇ τοὺς λόγους ἔχουσα.* in Remp. p. 58, 29 *ταῖς ψυχαῖς νοεραῖς — οὔσαις — καὶ λόγων πλήρεσιν ἀσωμάτων καὶ νοερῶν.* Inst. Th. c. 194 p. 290 *Πᾶσα ψυχὴ πάντα ἔχει τὰ εἴδη, ἃ ὁ νοῦς πρώτως ἔχει* cet., ubi v. Creuz. n. 2. Infra c. 5 f. 233 r. *πᾶσα ψυχή, κἂν τῶν αὐτῶν ᾖ λόγων πλήρης.*



**125.** De re v. adn. 117.

**126.** De verbo *συνάπτειν* v. adn. 8; formulae *τὰ θεῖα* exempla e Proclo adtuli adn. 1.

**127.** Pro *διώρισται* B ex vestigio scripturae V *ἀφώρισται* reposui. Verbum *ἀφορίζειν* c. praep. *ἐν* ponit Proc. in Remp. p. 41, 26 *ὁ τῶν Μουσῶν ἱερὸς ἀριθμὸς — ἐν τρισὶ τριάσι ἀφωρισμένος.* Adi. *ἀφοριστικός* occurrit c. 5 extr. f. 233 r. *ἓν εἶδος ἔλαχεν ἀφοριστικὸν τῶν ἄλλων.* Proc. in Remp. p. 20, 1 (*ἀριθμὸν*) *πασῶν μεταβολῶν ἀφοριστικόν.* — Ad *ὕπαρξις* e superioribus *τῆς ψυχῆς* cogitatione supplendum. De voce *ὕπαρξις* v. adn. 73.

**128.** Pro virgula, quam B ante *καθὸ* habet, semicolon posui; v. adn. 116. — Verbum *συνάγειν* attigi adn. 102. — Ad *αὐτῇ* e superioribus *τῇ ψυχῇ* cogitatione supplendum. — De re cf. adn. 72.

**129.** Psellus Schol. in Orac. Chald. p. 109 Ops. haec quoque: *δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο — ψυχῶν ἐστι*, tacite sua fecit statim post illa, quae p. 106. 109 a Proclo mutuatus est. Discrepantiae contextus Pselli editi et codicis Par. 1182 hae sunt: *δεῖ γὰρ*] *δεῖ δὲ.* — *πάσης*] add. *ψυχῆς.* Sed similis brevitas inferius recurrit in hisce: *οὐδὲν διοίσει — ψυχή τις ἄλλης.* — *ὅσαι*] *ὡς ὅσαι.* — *τὰ εἴδη*] *τὰ* om. (habet Par.) — *ἐστι* (*ἐστὶ* B).] *ἐστίν.* (*ἐστιν.* Par., si fides apographo habenda.) — Nolui tamen propter has discrepantias quidquam in Proclo mutare.

**130.** De *ἀτόμῳ* Proc. Inst. Th. c. 74 p. 114 Creuz. *τὸ τὶ καὶ ἄτομον ὅλον μέν ἐστιν, ᾗ ἄτομον, εἶδος δὲ οὐκ ἐστί.* — De voce *ἑνοειδής* v. adn. 78.

**131.** *ἐπεὶ* B, siquidem, (v. adn. 83) hîc minus aptum est; reposui *ἔπειτα*, quod ad praegressa *πρῶτον μὲν γὰρ* — refertur; aliter series disputationis illic inceptae abrupta erit. Exempla verborum *πρῶτον μέν* et *ἔπειτα* sibi respondentium Ast. Lex. Plat. I. p. 761 promiscue adfert.

**132.** *ᾗ* (*ἡ* B), quatenus, v. mea Dionysiaca p. 67. — De non repetito *ψυχῆς* post *ἄλλης* monui adn. 129.

**133.** De part. *ἄν* c. indicat. praesentis posita v. Ast. l. c. I. p. 133.

**134.** De verbis *κἂν τῶν αὐτῶν ᾖ πλήρης λόγων* v. adn. 124.

**135.** Adi. *ἀφοριστικός* adtigi adn. 127.

**136.** Verbis *τὸ ἡλιακὸν εἶδος* et *ἡ ἡλιακὴ ψυχή* Proclus respexit Plat. Phaedr. 252c. e. 253b, ubi singulae animae in circuitu supercoelesti hunc vel illum deum secutae esse indeque naturae suae speciem

traxisse finguntur. Sic *ἡλιακὸν εἶδος* et *ἡλιακὴ ψυχή* ad genus animarum pertinent, quae Solis sive Apollinis adseclae fuere. Cf. Proc. in Tim. p. 319d. e. Adi. tamen *ἡλιακός* Proclus ex Oraculis adscivisse videtur. Orac. 199 (Proc. in Tim. p. 257e, coll. p. 273b) *Ἡλιακῶν τε κύκλων*—. Proc. in Alcib. I. p. 196 *Ἡ δὲ τετάρτη* (*τάξις τοῦ παντός*) *τῆς Ἡλιακῆς* (*ἡμῖν μεταδίδωσι ποιήσεως*) cet. Psellus Expos. dogm. chald. p. 114 Ops. *φασὶ δὲ* (nim. Chaldaei) *καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς πηγῆς.* Sic, *ἡλιακῆς*, codd. Vatt. 573. 1026. 1411 et Par. 1182, non *ἱλικῆς*, quod Opsop. habet. Prius reponi scite iussit C. Thilo De coelo empyr. III p. 18, qui locos Procli in Tim. p. 264b. d. adfert, ubi *ἡ ἡλιακὴ πηγή* theologorum et *ὁ ἡλιακὸς κόσμος* Oraculorum laudantur.

---

# HYMNVS IN DEVM PLATONICVS,
## VVLGO S. GREGORIO NAZIANZENO ADSCRIPTVS, NVNC PROCLO PLATONICO VINDICATVS.

### I. Bibliographica.

Gul. Canterus post Synesii hymnos, ab ipso Basileae a. 1567 in 12. editos, p. 219 haec subiicit: „Ne uacarent sequentes pagellae, Greg. Nazianzeni hymnum, quem ex antiquissimo eius poematum codice uir doctiss. I. LEVICLAVIVS descripsit et conuertit, post haec poni uoluimus.“

Insequitur p. 220 Gregorii Hymnus:

***ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ***

***τοῦ Ναζιανζηνοῦ ὕμνος εἰς Θεόν.***

*Ω πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σὲ μέλπειν;*
*Πῶς λόγος ὑμνήσει σὲ; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός.*
*Πῶς νόος ἀθρήσει σὲ; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός.*
*Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος· ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.*
*Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος· ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται.*
*Πάντα σὲ καὶ λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει:*
*Πάντα σὲ καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει.*
*Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ'ὠδῖνες ἁπάντων*
*Αμφὶ σὲ: σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται: εἰς σὲ δὲ πάντα*
*Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.*
*Σοὶ ἔνι πάντα μένει: σοὶ δ'ἀθρόα πάντα θοάζει.*
*Καὶ πάντων τέλος ἐσσὶ, καὶ εἷς, καὶ πάντα, καὶ οὐδὲν:*
*Οὐχ ἓν ἐὼν, οὐ πάντα· πανώνυμε πῶς σὲ καλέσσω,*
*Τὸν μόνον ἀκλήϊστον; ὑπερνεφέας δὲ καλύπτρας*
*Τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται; ἵλαος εἴης*
*Ω πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σὲ μέλπειν;*

[Vs. 5 male *ὅσσα*, quamvis *ὅσσα* praecedat.]

Hymnum graecum excipit Leunclavii versio latina metrica p. 221:

GREGORII Na-
zianzeni hymnus in Deum.

Rerum summe, alio nam quo te nomine dicam?
Quî uox te celebret? quem uox non exprimit ulla.
Quî mens te aspiciat? quem mens non percipit ulla.

Solus es infandus: rerum, quas uox sonat, auctor.
Solus es ignotus: rerum, quas mens capit, auctor.
Voce sonant te cassa, sonant utentia uoce.
Mente colunt te cassa, colunt te praedita mente.
Ad te cunctorum desideria atque dolores
Pertingunt: soli faciunt tibi uota, tuisque
Pro meritis pangunt tacitis tibi uocibus hymnum.
In te cuncta manent, ad te magno impete tendunt.
Cunctorum tu finis, et unus, et omnia, nilque:
Non unum es, non omnia. quo te nomine dicam
Omne gerens nomen, sine nomine? at in tua quae mens
Nubila coelestis penetret? placabilis esto
Rerum summe. alio nam quo te nomine dicam?
[Vs. 11 impete antique pro impetu.]

Leunclavius in epistola a. 1569 data ad Euseb. Episcopium, celebrem typographum et redemtorem Basileensem, (v. Serapeum a. 1856 n. 12 p. 179) praeter alia quae in Billii editione Operum Gregorii Naz., a. 1569 Parisiis publicata, desiderentur, sibi ad novam quam tunc parabat horum Operum editionem suppetere ait „Nazianzeni praeclara poemata“, quae ipse „manu scripta in antiquissimo codice“ habeat (videlicet eodem de quo G. Canterus supra laudatus loquitur); dein titulos maiorum quorundam ex hoc numero carminum indicat, omisso Hymno nostro, quippe breviore. Idem Leunclavius in sua Nazianzeni editione, maximam partem latina, quae a. 1571 Basileae ex officina Hervagiana curante Eus. Episcopio in fol. prodiit, idque in monito ad Lectorem, quod Gregorii carmini de sua vita subiecit, paulo plura eius poemata commemorat, quae se ex antiquissimo codice suo („meo“ ipse ait) in hac editione protulisse ait; neque tamen magis Hymni nostri mentionem facit. Sed eum p. 1019 latine, licet metro nunc destitutum, sic vertit sub titulo:

HYMNVS AD DEVM, HEROICO CARMINE.

O Deus, qui es supra omnia, quo enim alio nomine te celebrem? quí possit te collaudare oratio, quum te nequeamus ulla effari oratione? quí mens te possit adspicere, quum à nulla mente percipi queas? Solus es inexplicabilis, ut qui condideris omnia, quae oratione proferuntur. [Vs. 5.] Solus es supra omnem cognitionem positus, ut qui condideris omnia, quae mente percipiuntur. Omnia te tam loquentia, quam non loquentia celebrant. Omnia te tam mentis intelligentia praedita, quam non praedita honore adficiunt. Nam commune desiderium, communes aculei res omnes erga te stimulant, tibi preces omnia fundunt, tibi omnia [Vs. 10] tacitum quasi quendam hymnum concinunt, nutum tuum observantia. In te omnia durant ac subsistunt, ad te omnia simul festinant.



Tu finis es omnium, et unus es, et omnia, et nihil. Non unum es, non omnia. Quo te nomine appellabo, qui omnia geris nomina, et solus appellari enuntiarique nequis? [Vs. 15]. Quae nam mens caelestis latebras illas, supra nubes positas, penetrabit? propitius esto mi Deus, qui es supra omnia. quo enim alio nomine te celebrem?

Adnotationis nil adiectum, et quae Leunclavius in calce libri post p. 1170 ad Gregorium adnotavit, ultra p. 998 Operum eius non progrediuntur.

Ceterum de antiquissimo illo codice carminum Gregorii, ex quo Leunclavius Hymnum nostrum primus protulit, mihi praeter ea, quae hic V. D. de eo dixit, omnino nihil compertum est; ac ne id quidem satis certum est, utrum is codex, quem Leunclavius suum vocavit, eius proprius fuerit, an eum, licet ex bibliotheca nescio qua acceptum, quippe diutius a se tritum, ita nuncupaverit.

Altera eaque emendatiore Billii editione, quae Parisiis a. 1575 prodiit, aegre careo pariter atque auctiore, a Fed. Morello ibidem a. 1609—11 publicata et a. 1630 repetita, quae deinde Coloniae (sive potius Lipsiae ut ait Harles. Brev. not. litt. gr. p. 726) a. 1690 in fol. negligenter recusa est. In hac editione Hymnus noster t. 2 p. 252 exstat; ibi tamen quindecim tantum versus numerantur, scilicet omisso versu sexto. Reliquam scripturae discrepantiam infra in Adnotatione exhibeo Adiecta est Fed. Morelli versio metrica haecce, in qua versus sextus haud deest:

Omnia qui superas (te aliter quî fas celebrare est?)
Quî vox laudabit te, nullâ qui voce notaris?
Quî mens te cernet, cùm te mens nulla prehendat?
Non effabilis ulli; omnis sermonis origo.
Ignotus solus, pater es notionis et omnis.
Omnia, quaeque silent, te cantant, quaeque loquuntur.
Et te praedita mente et mente carentia honorant.
Nam communis amor, communis foetus et in te
Fertur ab omnibus: omnia te venerantur, et hymnum
Cuncta tuum numen capientia, sed tacitum dant.
In te cuncta manent; ad te simul omnia pergunt.
Is finis cunctorum. unus, cuncta, et nihil horum.
Unum cùm non sis, non omnia, nomine quo te
Compellare queam solum sine nomine? vela polorum
Quae mens coelestis subeat? tu propitius sis,
Omnia qui excedis. quid enim canere est aliud fas?
[Vs. 12 Is mendose pro Es.]

Denique Hymnus noster sub Gregorii Naz. nomine in t. 2 eius Operum, post operam Benedictinorum Maurinorum a D. A. B. Caillavio (Caillau) Parisiis a. 1840 in fol. edito, inter Gregorii Carmina, Lib. I: Poemata

theologica, Sect. I: Poemata dogmatica, num. XXIX et sub titulo: *Ὕμνος εἰς Θεόν*, p. 286 editus est. Pag. 287 e regione posita est pedestris versio latina, superius adiecta in margine hac nota; „Alias Bill. 168 p. 252.“ Discrepantiam contextus graeci, et quae in versione latina notanda sunt, infra in Adnotatione critica et exegetica notavi. Ibidem notulas, p. 286 sq. contextui graeco subiectas, ad partes vocavi et diiudicavi. Metricam versionem Fed. Morelli in imis paginis 286 e 287 adiectam supra iam adtuli ex editione Coloniensi a. 1690. (Omissum tamen te versu 2; versu 12 recte Es scriptum pro Is ed. Col.)

---

Sed ecce tibi Ignat. Hardtius, qui tomo V. Catalogi codd. mss. gr. bibliothecae regiae bavaricae (hodie Monacensis), Monachii a. 1812. in 4. edito, descriptionem codicis DXLVII, qui praeter alia Procli Theologiam Platonicam f. 1—303 continet, ita orditur p. 365: „Chartaceus — in 4to — manu diversa — in foliis 355, Saec. XV — optime conservatus et inscriptus: [p. 366].

Hymnus heroicus in membrana.

*„Ω πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν.“* cet., non omnia, ut in Hymno vulgo Gregorio Naz. adtributo, videlicet quibusdam in cod. Monac. melius dispositis vel emendatius scriptis, licet ab Hardtio aliis secus et temere lectis, aliis (nimirum versu 7 et dimidiis versibus 13 et 14) turpi negligentia omissis, unde apud illum nonnisi quatuordecim versus pro editis sedecim comparent. His de rebus omnibus in Adnotatione diximus, simul notatis, quae in Hardtii versione latina pedestri notanda fuere.

Venio ad libellum a me Bernae a. 1838. in 8. editum et inscriptum: Lesefrüchte altdeutscher Theologie und Philosophie. Ibi enim primum p. 18 ad verba Henrici Susonis, quibus ille cunctam naturam laudes Dei praedicare dicit, praeter alia comparavi (ut meis verbis utar): „die Worte eines Ungenannten in einer Hymne auf Gott, vorn am cod. Monac. graec. 547: — | *πάντα σε καὶ λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει | πάντα σε καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει. | ξυνοὶ γάρ τε πόθοι. ξυναὶ δ'ὠδῖνες ἁπάντων. | ἀμφὶ σέ. σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται εἰς σὲ δὲ πάντα | σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.*“ Deinde post Excerpta e Susone p. 49 hunc Excursum adieci: „zur Ausfüllung des leeren Raumes stehe hier die so eben berührte Hymne vollständig abgedruckt und übersetzt — wegen ihres herrlichen, mit dem in diesen Blättern athmenden verwandten Geistes Höhergesinnten, besonders aber Freunden platonischer Begeisterung, eine gewiss willkommene Gabe.*)

---

*) In Graecis, quae sequuntur, ut in iis, quae antecedunt, quaedam ad fidem codicis Monac. accuratius expressi, quam id in libello meo supra indicato factum est.



*„ὦ πάντων ἐπέκεινα. τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν. | πῶς λόγος ὑμνήσει σε. σὺ γὰρ λόγω οὐδενὶ ῥητός. | μοῦνος ἐὼν ἄφραστος. ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται. | πῶς νόος ἀθρήσει σε. σὺ γὰρ νόω οὐδενὶ ληπτός. | [5] μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος. ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται. | πάντα* (hier folgt das Gegenüberstehende [nim. p. 18 vs. 6—10]). *σοὶ ἔνι πάντα μένει. σεῦ δ'ἀθρόα πάντα θοάζει. | καὶ πάντων τέλος ἐσσί. καὶ εἷς καὶ πάντα ὑπάρχεις. | οὐχ ἓν ἐών. οὐ πάντα. πολύλλογε πῶς σε καλέσω* [lies *καλέσσω*] | *τὸν μόνον ἀκλήϊστον. ὑπερφανέας δὲ κάλυπτρας* [l. *καλύπτρας*] | [15] *τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται. ἵλαος εἴης. | ὦ πάντων ἐπέκεινα. τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν.* O über Alles Erhab'ner! Denn anders wie darf man Dich preisen? | Wie besingen Dich Wort'? Es erreichet die Zunge Dich nimmer, | Dich alleine verschweigt sie, dieweil du gezeuget die Worte. | Wie erschaut Dich der Geist? Es fasset Gedanke Dich nimmer, | [5] Dich allein nicht Erforschten, dieweil Du gezeugt die Gedanken. | Alles verkündet Dich laut, was Zung' hat, Alles was schweiget; | Dich verherrlichet Alles, Naturwelt und was da sinnet. | Alles ja sehnt nach Dir sich, in Liebeswehen erseufzend, | zu Dir flehet auch Alles, harrt nur Dein mit Verlangen; | [10] Alles Dein Bündniss erkennend verkündet Dir schweigendes Loblied, | in Dir ruhet das All, Frohlocken empfindet es in Dir, | Ziel des Alles ja bist Du, Du gattest das All und das Eine, | keines doch fasst Dich von beiden; o Hochgeehrter, wie nenn' ich | Dich, der allein ohn' Name—? Es decket Dich strahlender Schleier, | [15] und kein himmlisches Auge durchdringt ihn—; schenke mir Gnade, | o über Alles Erhabn'er! Denn anders wie darf man Dich preisen? — Höchst nachlässig abgedruckt steht dieser Hymnus bei Ign. Hardt Catal. codd. mss. graecc. Monacc. T. V. p. 366. Dieser gab ihn übrigens irrig für inedirt aus; denn er findet sich schon in Greg. Naz. Opp. ed. Bill. T. II. p. 252 (ed. 1611). Ob er aber dort am rechten Ort stehe, ist eine andere Frage. Zwar hat Gregor v. Naz. sehr viel Platonisches in seinen Werken; aber ich müsste mich sehr irren, wenn dieser neuplatonische Hymnus nicht dem Proclus selbst angehört, vor dessen theologischen Werken derselbe im angef. codex steht. Kenner seiner Werke, besonders seiner Hymnen, werden mich leicht begreifen.“

Sequitur, ut in medium proferam, quae illustrissimus Fridericus Creuzerus, praeceptor quondam meus, in scriptione: Luther u. Grotius oder Glaube und Wissenschaft, Heidelbergae a. 1846. in 8. edita, occasionem nactus a consensu Platonis et Platonicorum cum doctrina christiana a Grotio indicato, p. 31 sic perscripsit: „Von letzteren waren ihm [videl. Grotio] — auch die religiösen Jünger dieser Philosophenschule willkommen. — Ohne Zweifel würde er also auch den Ausdruck reiner Gotteslehre beachtet haben, der sich in einem Hymnus dieser Platoniker vernehmen lässt, welchen ich zum ersten Male in deutscher Sprache am

Schlusse hier mittheilen will**).“ Ad quae Creuzerus p. 31 haec adnotat: „**) Griechisch in einer Handschrift der Münchner Bibliothek, bei Ign. Hardt im Catalog. codd. mss. bibliothecae Regiae Bavaricae Tom. V. nr. DXLVII p. 366, wo eine lateinische Uebersetzung beigefügt ist; die deutsche hat dahier als philologischer Seminarist Herr Docent Albert Jahn vor mehreren Jahren verfasst, dessen Vermuthung, dass Proclus der Verfasser des Hymnus sein möchte, sich zunächst darauf [p. 32] stützt, dass in der Handschrift unmittelbar darauf des Proclus Schrift über die platonische Theologie folgt. — Auch der Geist des Gesangs, füge ich bei, stimmt mit dem neuerlich entdeckten Hymnus des Proclus überein, den Herder in Schiller’s Horen 1795, nr. X, in deutscher Uebersetzung gegeben hat, nur dass dieser auf die Göttin der Weisheit Pallas-Athene mythologische Form und Farbe hat, wovon der vorliegende ganz frei ist.“ Plura de hisce inferius (v. II, 3 sub fin.). Sequitur apud Creuzerum p. 32 Hymnus a me lingua germanica metrice versus: „O über Allem Erhab’ner! Denn anders wie darf man Dich preisen?“ cet. fere ut supra ex meo libello: Lesefrüchte altdeutsch. Theol. u. Philos. p. 19, nisi quod ibi Hymnum, antea ex manco Hardtii exemplo germanice versum et Creuzero oblatum, iam e cod. Monac. suppletum et duobus versibus auctum interpretatus sum et quaedam in Germanicis melius expressi. Quibus de rebus inferius ex Adnotatione ad Hymnum liquebit. Ibidem meum in usum converti, quae Creuzerus p. 32 n.*) de voce *σύνθεμα* in vs. 10 docet.

Restat, ut loca quorundam scriptorum meorum indicem, ubi Hymni nostri breviorem mentionem feci, sive criticam sive exegeticam: Animadv. in S. Basil. M. I p. 64 commemoravi formam *σύνθεμα* vs. 10 pro *σύνθημα* positam; p. 180 attigi oxymoron vs. 10 *οὐ λαλέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον*. Ad Eliam Cret. Comm. in S. Gregorii Naz. Oratt. col. 775 n. 6 monui de scriptura codicis Monac. *ὑπερφανέας* pro vulg. *ὑπερνεφέας* vs. 14; col. 802 n. 7 Dei allocutionem vs. 1 et 16 *ὦ πάντων ἐπέκεινα* ex loquendi usu Platonicorum recentiorum explicui, meque in Lesefr. altdeutsch. Theol. u. Philos. p. 19 docuisse monui, nostrum Hymnum, vulgo Gregorio Naz. adscriptum, potius Procli esse. Apud alios philologos frustra quaesivi, quae ad Hymnum nostrum pertineant.

## II. Quaestio de auctore Hymni.

### 1. Parallela ad Hymnum ex Gregorii carminibus petita.

Insunt sane Hymno voces, dictiones et sententiae, quae in Gregorii Naz. carminibus item occurrunt, aut quarum saltem adfines ibidem exstant. Exempla singulis, ad quae pertinent, Hymni locis ingenue deinceps adhibeamus:

**Vs. 1 = 16.** *Ὦ πάντων ἐπέκεινα·*] Gregor. Naz. Carm. ed. Dronk., Gott. 1840, Arc. 5, 2 sq. p. 201 (*νοῦς μέγας*) — *παντὸς ὕπερθεν Αὐτὸς ἐών*. ad quae paraphrasis graeca, ed. Lips. 1645, p. 94: *πάσης ὑπάρχων ἐπέκεινα φύσεως καὶ ἐκτὸς παντός.* *τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;*] *θέμις* c. inf. Carm. 14, 14 p. 96, 14 *εἰ θέμις εἰπεῖν*. quae formula Opp. ed. Maur. t. 2 p. 896 Hy. ad Christ. n. 38 vs. 3 item occurrit. Plenius *θέμις ἐστί* c. inf. Arc. 2, 13 p. 190 *Οὐδὲν ἐμῆς θέμις ἐστὶ φέρειν θεότητι γενέθλης.* *Μέλπω* c. acc. exstat Arc. 7, 63 p. 63 *Ὑμνοπόλοι μέλποντες ἐμὸν κλέος οὔποτε λῆγον.* Carm. 4, 26 p. 208 *Μέλπων τ᾽ ἐκ στομάτων ἦχον ἑορτάσιον.* Opp. t. 2 p. 898 Hy. ad Christ. n. 38 vs. 24 sq. — *ὅσοι νόες οὐρανίωνες Μέλπουσι Τριάδος δόξαν ἐπουρανίης.* vs. 48 — *μέλπων ὕμνον ἐπιστέφιον.*

**2.** *Πῶς λόγος ὑμνήσει σε;*] Arc. 4, 1 p. 196 — *θεοῦ κτίσιν ὑμνείωμεν.* Adde Opp. t. 2 p. 288 loco ad vs. 10 allato. De voce *ὕμνος* v. ibid. adn. Porro occurrunt *ὕμνημα* Arc. 3, 5 p. 193, *ὑμνητήρ* Arc. 7, 26 p. 10, 4 et *ὑμνοπόλος* loco ad vs. 1 excitato. Compos. *ἀνυμνῶ* exstat Opp. t. 2 p. 286 Hy. ad Deum n. 30 vs. 1 sq. *Σὲ τὸν ἄφθιτον μονάρχην Δὸς ἀνυμνεῖν.* p. 292 Hy. n. 34 vs. 11 *Ὕμνον ἀνυμνείοντες ἀκήρατον —.*

*σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός.*] Arc. 6, 8 p. 204 (Deus) -*φάος οὔτ᾽ ὀνομαστὸν —.*

**3.** *Πῶς νόος ἀθρήσει σε;*] Carm. 4, 19 p. 208 (animarum beatarum negotium) *αὐτὸν ἀθρῆσαι ἄνακτα.* i. e. Deum. Imperat. Arc. 4, 11 p. 197 — *ἄθρει δέ μοι —.* Carm. 6, 14 p. 221 *Ἄθρει δὴ πραπίδεσσι τεαῖς —.* al. Dronkius in Ind. Verb. verbum *ἀθρέω* male omisit. *σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός.*] *ἑλετός*, i. q. *ληπτός*, eadem in re Arc. 6, 9 p. 204 (Deus) — *φάος οὔτ᾽ ὀνομαστὸν Οὔθ᾽ ἑλετόν, φεῦγόν τε νόου τάχος ἐγγὺς ἰόντος.* Deest *ἑλετός* apud Dronk. in Ind. Verb.

**4.** *Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος·*] Carm. 6, 56 p. 222 de S. Trinitate: *Κάλλεα μαρμαίροντα φάος περὶ τρισσὸν ἄφραστον.* Opp. t. 2 p. 228 Carm. de provid. vs. 2 sq. — *τὴν ἄφραστον εὐαρμοστίαν Τοῦ παντὸς —.* p. 288 Hy. ad Deum n. 30 vs. 28 item de S. Trinitate: *Φύσιν οὐσίας ἀφράστου.* p. 462 Carm. de virt. vs. 945 (*τὰ πάντα*) *Τάξει τ᾽ ἀφράστῳ καὶ λόγῳ τηρούμενα.* al. *ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.*] *Λαλέω* ter occurrit: loquendi potestate positum, vs. 6 *λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα:* dicendi potestate, nostro loco et vs. 10 *λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.* Verbum scriptoribus classicis tam in prosa quam in poesi minus tritum (nam apud eos fere garriendi vim habet); crebrum vero est in S. Scriptura, quippe e *κοινῇ* profectum. In V. T. apud LXX Job. 38, 14 homo *λαλητὸν ζῶον* vocatur; v. mea ad Eliam Cret. col. 763 n. 7. De N. T. v. Schleusner. Lex. ed. IV. t. 2. p. 3sqq. Hinc verbum a Gregorio etiam in poesi frequentatur: Carm. ined. 5 ap. Toll. Ins. It. Ital. p. 84 vs. 7 *Ἔνδον λαλήσω-* (v. mea ad El. Cret. col. 798 n. 6), p. 86 vs. 12 — *εἰ δὲ μὴ θέλεις Πολλοῖς λαλεῖν με —.* Opp. t. 2 p. 296 Precat. ad Christ. n. 36 vs. 31 et p. 898 Hy. ad Christ. n. 38 vs. 29

*σοὶ λαλέω.* p. 986 Carm. ad animam vs. 176 sqq. *Οὕτω μὲν αὐτὸς αὐτῷ Πᾶς τις σοφὸς λαλήσει. Ὃς δ'οὐ θέλει λαλῆσαι, Μάτην βίον παρῆλθεν.* ibi formula *αὐτῷ λαλεῖν* e Cor. I, 14, 28 fluxit. Adde locum e Carm. 3 ap. Toll. Praec. ad Virgin. vs. 88 infra ad vs. 6 allatum.

**6.** *Πάντα σε — οὐ λαλέοντα λιγαίνει·*] Cum hoc oxymoro, cuius simile illud vs. 10 (*εἰς σὲ δὲ πάντα*) *λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον*, cf. Carm. ined. ap. Toll. l. c. p. 38 vs. 364 *Σιγῇ βοῶντες, κἂν δοκῶμεν μὴ λέγειν.* ibi Toll.: „Nostro Carm. 3 Praecepta ad Virgines vs. 88 fucatae facies *Μαχλοσύνης στῆλαί τε καὶ οὐ λαλέοντες ἔλεγχοι.*"

**7.** *Πάντα σε — — γεραίρει.*] *γεραίρω* de celebrando Deo dicitur Carm. 4, 349 p. 220 in eius allocutione: *Ὄφρα σε σὺν φαέεσσι ἀειζώοισι γεραίρων Κυδέος οὐρανίου μοῖραν ἔχοιμι, ἄναξ.* Opp. t. 2 p. 664 Carm. de reb. suis vs. 634 (*καί μοι ὄπασσον*) *Γηθόσυνον ὕμνοις σε διηνεκέεσσι γεραίρειν.*

**8.** sq. *Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ'ὠδῖνες ἁπάντων Ἀμφί σε·* *ξυνός* vox Gregorio in Carminibus haud inusitata est (v. Dronk. Ind. Verb. p. 250 h. v.); occurrit, verbi causa, ter deinceps Arc. 8 initio versuum 23—25 p. 32, 1—3, idque primo versu ita, ut pariter ac nostro vs. 8 duplicetur: *Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀήρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα.* *Πόθοι* eadem in re ponuntur Arc. 6, 10 p. 204 — *ὥς κε πόθοισι Τεινώμεσθα πρὸς ὕψος ἀεὶ νέον.* Deteriore sensu Carm. 20, 4 p. 229 *Βρασσόμενός τε πόθοισι.* sic Ald. Bill.; *ποίνοισι* pessime Dronk., apud quem *πόθος* in Ind. Verb. deest.

**10.** (*εἰς σὲ δὲ πάντα*) *λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.*] *ὕμνος* vox perfrequens est in Gregorii Carminibus: Opp. t. 2 p. 292 Hy. n. 34. vs. 11 *Ὕμνον ἀνυμνεύοντες ἀκήρατον.* p. 898 Hy. in Christ. n. 38 vs. 48 — *μέλπων ὕμνον ἐπιστέφιον.* al. saep. De oxymoro in verbis *λαλεῖ σιγώμ. ὕμν.* v. adn. ad vs. 6. De re cf. Opp. t. 2 p. 288 Hy. n. 31 vs. 7 *Ὄφρα σοφὸν κτίστην πᾶσα κτίσις ὑμνήσειε.*

**11.** *Σοὶ ἐνὶ πάντα μένει·*] Arc. 5, 2 p. 201 *Νοῦς μέγας ἐντὸς ἅπαντα φέρων—.* Opp. t. 2 p. 288 Hy. n. 31 vs. 8 (*σοφὸν κτίστην*) *Τοῦ ζῆν, τοῦ τε μένειν αἴτιον ὄντα μόνον.*

*σοὶ δ'ἀθρόα πάντα θοάζει*] i. e. Tibi omnia acervatim choreas ducunt. (De verbo *θοάζω* v. infra Adnot.) *Σοί*, Tibi, i. e. tuâ causâ vel tuo nutu, eleganter sic usurpatur de rebus naturae, tanquam personis: Opp. t. 2 p. 898 Hy. ad Christ. n. 38 vss. 12 sqq. — *σοὶ γὰρ ἅπαντα πέλει, Ὃς κόσμοιο θέμεθλα, καὶ ὁππόσα ἐστὶ θέλοντος, Δησάμενος φορέεις νεύμασιν ἀπλανέως.* vs. 15 *Σοὶ μέν, ἄναξ, Φαέθων ὑψιδρόμος ἄστρα καλύπτει.* vs. 17 sq. *Σοὶ ζώει, φθινύθει τε ἀμοιβαδὶς ὄμμα τὸ νυκτός, Μήνη—.* vs. 19 *Σοὶ δὲ ζωοφόρος τε κύκλος καὶ μέτρα χορείης Ὥραις μέτρα φέρει—.* Leunclavius p. 975 haec debilitat vertendo, primo loco: Tibi quippe omnes res curae sunt; secundo: Tibi Christe tribuendum, quod sol cet.; tertio: Tibi attribuendum, quod luna cet; quarto: Tibi asssignandum, quod circulus cet. Melius F. Morellus tribus posterioribus locis: Tu facis, ut cet. — Est etiam, ubi *σοί*, tuâ causâ vel tuo nutu, ponitur, quum de personis sermo est: Opp. t. 2 p. 296 Precat. ad Christ. n. 36 vs. 31 sq. *Σοὶ ζῶ, σοὶ λαλέω, σοὶ δ'ἕζομαι, ὦ ἄνα Χριστέ, Σοὶ δ'αἴρω ποδὸς ἴχνος—.* p. 898 Hy. ad Christ. n. 38 vs. 29 *Σοὶ ζῶ, σοὶ λαλέω* (ut supra), *σοὶ δ'ἐμπνόος εἰμὶ θυηλή.* vs. 31 *Σοὶ καὶ γλῶσσαν ἔδησα, καὶ οὔασι μῦθον ἔλυσα.*



**12.** *καὶ εἷς καὶ πάντα ὑπάρχεις*] *ὑπάρχεις* cod. Mon. pro vulg. *καὶ οὐδέν.* Minus poetico verbo *ὑπάρχω* Gregorius utitur Opp. t. 2 p. 288 Hy. in Deum n. 30 vs. 12 (*ἄνθρωπος*) *Λογικὸν ζῶον ὑπάρχων.*

**14.** *ὑπερνεφέας — καλύπτρας*] Tuendae vulgatae scripturae *ὑπερνεφέας* adhibeas verbum *ὑπερνεφέω*, ab *ὑπερνεφής* derivatum, supra nubes evehi, Opp. t. 2 p. 338 Praecept. ad Virgin. vs. 6 *Μή σε νόος τρώσειεν ὑπερνεφέουσαν ἐρωαῖς.* De re conferas Gregor. Opp. t. 2 p. 462 Carm. de virt. vs. 952 (*θεός*) — *οὐ σκότος προΐσταται*, quod fluxit ex Ps. 17, 12 LXX: *καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ* (l. *αὐτοῖ*), *κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ*, ubi Apollinarius Ps. 17, 24. 25: *Κευθόμενος κνέφαϊ· τὸ γὰρ ἤθελεν ἄλκαρ ἑλέσθαι. Ἀμφὶ ἓ κυκλώουσαν ἀγακλέα θῆκε καλύπτρην*, ubi attendas vocem *κάλυπτρα* item usurpatam. Loco illo Ps. 17, 12 Gregorius alibi quoque utitur; v. mea ad Eliam Cret. col. 775 n. 6. Nostro cum loco itidem comparare possis Ps. 96, 2 LXX: *νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ*, ubi Apollinarius Ps. 96, 3: *Ἐγγὺς ἄναξ νεφέλῃ πεπυκασμένος.* Theodoret. ad h. l. ap. Ernest.: Suidae et Phavor. glossae sacrae p. 49: *διὰ τοῦ γνόφου καὶ τῆς νεφέλης τὸ ἀθέατον τῆς θείας ἐδίδαξε φύσεως.* Nihilo minus praestat scriptura codicis Mon. *ὑπερφανέας.* Nimirum verbis *ὑπεφανέας καλύπτρας* declaratur divina lux Deum abscondens, de quo I Tim. 6, 16 *φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον.* Cf. Gregor. Opp. t. 2 p. 462 Carm. de virt. vs. 954 (*θεός*) *Ὃν φῶς καλύπτει*, quod sumptum ex Ps. 103, 2 LXX: *ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον*, ubi Apollinar. Ps. 103, 4 *Ἀμφιβαλὼν ἅτε φᾶρος ἀκηράσιον μέγα φέγγος.*

**15.** *τίς νόος οὐρανίδης—;*] Quaenam mens coelestis—? Hoc est: Quaenam mentium coelestium—? quod est negantis: nulla mentium coelestium—. *Νόος* hîc eo sensu capiendum, quo *νόες* etiam per se mentes coelestes vocantur. Sic *νόες* Gregorio sunt angeli. Vid. Dronk. ad eius Carm. sel., Arc. 7, 62 p. 9 n. 18. Adiectivum patronymicum *οὐρανίδης*, de quo v. Buttm. Gr. Gr. ampl. ed. II. p. 437, plerumque adscito vel intellecto articulo vim substantivi habet; hoc tamen loco adiective usurpatur. Geminum *οὐρανίων*, de quo Buttm. ibid., vi adiectivi in eadem re positum occurrit Opp. t. 2 p. 898 Hy. ad Christ. vs. 23 — *ὅσοι νόες οὐρανίωνες.* Alias Gregorius adiectivo *οὐράνιος* utitur, v. c. Carm. 28b, p. 235 *οὐρανίοισι νόημασι.* Verba *οὐρανίους δυνάμεις* Budaeus Comm. L. Gr. ed. Bas. p. 1499, 45 ex

„Greg. *κατὰ Ἰουλ.*“ adfert. *ἵλαος εἴης*] Carm. 4, 12 p. 208 *Χριστὸν ἔχει ζωῆς ἵλαον ἡγεμόνα.* Arc. 5, 344 p. 220 in allocutione Dei: *Τέρμα φέροις ζωῆς ἵλαος—.* Opp. t. 2 p. 292 Gratiar. act. vs. 19 *Ἀλλὰ σύ μ' οἰκτείροις, ἐλέους πάτερ, ἵλαος ἔσσο Σῷ κιντρῷ θεράποντι.* al. saep. Altera forma *ἵλεως* exstat Opp. t. 2 p. 288 Hy. in Deum vs. 36 et 48: *Πάτερ, ἵλεως γενοῦ μοι.*

Sed haec omnia eiusmodi sunt, ut etiam apud alios poetas, praesertim hymnographos recentiores, reperiantur, quam in rem iam exempla adferre lubet.

## 2. Parallela ad Hymnum ex aliis poëtis petita.

**Vs. 1 = 16.** *Ὦ πάντων ἐπέκεινα.* Reapse idem sibi vult Synesius Hy. 3, 164 sq. in allocutione summi Dei canens: *Ἐπέκεινα θεῶν, Ἐπέκεινα νόων.* Item Hy. 6, 2 *Ἀρρήτων ἑνοτήτων ἐπέκεινα.* Sed, ne plura, his ipsis verbis: *ὦ πάντων ἐπέκεινα,* incipit Anonymi in Deum Hymnus, cuius fragmentum Olympiodorus Commentario in Plat. Gorg., a me in Iahnii Nov. Annal. Phil. Suppl. t. 14 edito, fasc. 1 p. 128 adfert; quamquam fortasse ille Hymnus idem cum hoc nostro fuit, qua de re, suo loco explicanda (v. II, 3), hîc semel monuisse sufficiat, quum eodem ex Hymno inferius plura adhibeantur.

*θέμις* c. inf. Cleanth. Hy. in Iov. vs. 3: — *σὲ γὰρ πάντεσσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾶν.* Synes. Hy. 2, 68 *Τὸ μὲν ᾗ θέμις βοᾶσαι.* 2, 123 sqq. *Ἀτενὲς δὲ δρακεῖν Ἐπὶ σοὺς πυρσοὺς Θέμις οὐδὲ θεοῖς.* 3, 223 *Οὐ θέμις εἰπεῖν.* 3, 320 *Οὐ γὰρ θέμις ἦν* seq. acc. c. inf. Idem usus formulae fas est in hymnis latinis: Tiberianus in hymno platonico ap. M. Haupt. post Ovid. Halieut. cet. p. 65 vs. 15: — siquidem fas est in temet tendere sensum. Mart. Cap. II § 185: Ultramundanum cui fas est cernere patrem Et magnum spectare deum —. *μέλπειν* c. acc. Cf. Anacreont. 39, 15 *Μέλπω βίοτον γαλήνην.* 51, 2 sq. *Μέλομαι ῥόδον τέρεινον Συνέταιρον ὀξὺ μέλπειν.* Hoc verbo (etiam compos. ἀναμέλπω et med. *μέλπομαι*) Apollinar. in Metaphr. Psalm. saepe utitur. Synes. Hy. 2, 40 sqq. *Χορὸς ἀφθίτων ἀνάκτων Γενετήριόν τε κῦδος Τό τε πρωτοσπόρον εἶδος Νοεροῖς ἔμελψεν ὕμνοις.* 3, 21 = 4, 26 *Σέ, μάκαρ, μέλπω.* 3, 270 sq. *Σὲ μὲν οἱ νοεροὶ Μέλπουσιν, ἄναξ.* 278 sq. *Πᾶσά σε μέλπει Γενεὰ μακάρων.* 4, 7 (*Σέ*) *Μέλπω, γενέτα.* 5, 55 *Καὶ πατρὸς μέλπων ἀλκάν.* 10, 16 sq. *Μέλψω ἀοιδὰν Παίονι ψυχᾶν.* Sed quid multa? Anonymus in fragmento hymni apud Olympiodor. in Gorg. post verba supra allata ita pergit: *τί γὰρ πλέον ἄλλο σε μέλψω;* quae nostris vs. 1 similia; deinde idem: *πῶς σε λόγῳ μέλψαιμι;*

**2.** *ὑμνέω.* Cleanth. Hy. in Iov. vs. 36 *Ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκές—.* 39 — *κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.* Frequens verbi usus apud Apollinar. Metaphr. Psalm.; Synes. Hy. 3, 210 sp. *Ὑμνῶ σε,*



*μονάς, Ὑμνῶ σε, τριάς.* 274 sq. (*Σέ*) *Νόες ἀστέριοι Ὑμνοῦσι, μάκαρ.* 304. 4, 22. 80 = 82 *Ὑμνῶ σε, μάκαρ.* 5, 1 *Ὑμνῶμεν κοῦρον νύμφας·* 7, 10 sq. *Ὑμνήσομεν ἄφθιτον Θεὸν—.* 9, 3. 12. 28 sq. *Σέ, πάτερ, — Ὑμνῶ—.* Procl. Hy. 1, 24 *Σὲ κλυτὸν ὑμνείουσι Διωνύσοιο τοκῆα.* Idem Hymnos 2, 4, 5 voce *Ὑμνέομεν* c. acc. posita orditur eamque initio Hymni 2 repetit. Verbo *ὑμνοπολεύω*, quod Apollinarius in Metaphr. Psalmor. frequentat, in gemina sententia utitur Hymnographus anonymus supra laudatus: *Πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ὑμνοπολεύσω;*

*σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός.* Idem sibi vult *ἄρρητος* vox ap. Synes. Hy. 4, 131 sq. *Νόος ἀρρήτου Τίκτει σε πατρός.* 228—230 *Πάτερ ἄρρητε, — Ἄρρητε λόγῳ.* Apud eundem Hy. 5, 4 *Ἄρρητοι πατρὸς βουλαὶ* — Kraus. coni. *ἀρρήτου*, cui tamen I. Flach. Mus. rhen. phil. Nov. ser. t. 32 p. 550 recte adversatur. Procl. Hy. 1, 14 — *σεῖο φανέντος ἀπ' ἀρρήτου γενετῆρος*, ubi Deus ultramundanus, Solis pater, significatur. Ex serioribus poetis Paul. Silentiar. in Therm. Pyth. vs. 72 de deo: *..ῥητόν ἐστι πρᾶγμα.*

**3.** *ἀθρέω.* Procl. Hy. 6, 9 — *φάος δ' ἐρίτιμον ἀθρήσω.* Idem eadem in re usus verborum cernere, spectare: Martian. Cap. II § 185 loco ad vs. 1 (*θέμις*) allato. Boeth. Cons. Phil. 3, 9 (Carm. vs. 27): — te cernere finis. 5, 3 (Carm. vs. 20): — cum mentem cerneret altam.

*ληπτός.* Pleniore voce *περιληπτός* eadem in re utitur Hymnographus saepius laudatus: — *τὸν οὐδὲ νόῳ περιληπτόν.*

**4.** *ἄφραστος.* Orac. chald. ap. Procl. in Cratyl. p. 23 (*πατρικὸς νόος*) *Ὃς τὰ νοητὰ νοεῖ καὶ ἄφραστα κάλλη νοεῖται.* i. e. — et ineffabilium pulcritudinum notione comprehenditur. (Vat. *καλλησῖται*, unde Patric. et Stanlei. vs. 45 *καλλήϊται* pessime. Cleric. de suo: *ἄφραστα καλλωπίζει*, et ex eo Taylor. Class. Journ. t. 17 p. 247. Boisson.: „Oportuit saltem *ἄφραστον* vel *ἀφράστως*“. Quibus tamen non opus.) Orph. Lith. vs. 46 *Ἀνθρώποις ἄφραστον ἰακχάζοντες ἀοιδήν.* Synes. Hy. 6, 6 — *βουλᾶς πατρικᾶς ἄφραστος ὠδίς.* *Λαλέω* verbum, licet loquendi, dicendi significatu scriptoribus classicis minus tritum (nam apud eos vulgo garriendi vim habet), tamen eo sensu etiam in poesi usurpatum fuisse, vel illud ostendit, quod in verbis oraculi ap. Herodot. 1, 47: *Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω*, scriptores recentiores pro istis: *οὐ φωνεῦντος*, in quibus codd. et editt. consentiunt, fere constanter scribunt: *οὐ λαλέοντος.* Vid. Valkenar. post Ammon. p. 170, Wesseling. ad Herodot. l. c. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 396 Schaef. Cf. verba Hymni nostri vs. 6 *πάντα — οὐ λαλέοντα —.* Exempla verbi *λαλέω*, loquendi potestate a poetis recentioribus positi, haud desunt. Orac. chald. (vulgo Zoroastris) vs. 269 Cler. *Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης καὶ ῥῆμα λαλήσῃ—.* Anacreont. 28, 34 *Τάχα κηρὲ καὶ λαλήσεις.* 29, 26 sq. — *ὁ κηρὸς αὐτὸς Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.* fragm. ap.

Gregor. Cor. p. 396 Schaef. Λαλέειν τις εἰ θελήσει. Apollinar. Metaphr. Ps. 118 n. 6 vs. 85 Οὐδέ τιν' ἁζόμενος λάλεον σέο μαρτυρίῃσι.

6. οὐ λαλέοντα. Vide modo adn. ad vs. 4. De forma oxymori: οὐ λαλέοντα λιγαίνει, cf. adn. ad vs. 10. Rem quod adtinet, si verba: πάντα σε — οὐ λαλέοντα λιγαίνει, ad rerum naturam referantur, cum iis conferas Apollinar. Metaphr. Ps. 18, 1 sq. (LXX: οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα αὐτοῦ) Οὐρανοὶ ἄφθιτον εὖχος ἀπαγγέλλουσι θεοῖο, χειρῶν δ' ἀθανάτων ἕδος οὐρανοῦ ἔργα λιγαίνει (ubi verbum λιγαίνω similiter ac nostro loco usurpatum vides). Nec non comparare iuvat egregie dicta a clarissimo Rueckerto in Precibus Poetae: — im Psalmenstrom der Schöpfung, in der Weltenmeere grossen Hymnenwogen —.

7. γεραίρω. Orph. Argon. 619 Αὐτὰρ ἔμ' ἤνωγον κλῆσαι θεὸν ἠδὲ γεραίρειν. Apollinar. Metaphr. Ps. 4, 10 Ἐλπὶς ὁμοῦ καὶ θῦμα δίκης βασιλῆα γεραίροι. Ps. 21, 46 Σπέρμα δ' Ἰακώβοιο θεὸν βασιλῆα γεραίροι. Alias, veluti Ps. 5, 26. 143, 9, idem antique hoc verbum de honore usurpat, quem Deus in homines confert.

8. ξυνός eodem versu repetitum. Apollon. Rhod. Arg. 3, 173 sq. Ξυνὴ γὰρ χρειώ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν Πᾶσιν ὁμῶς. Theocrit. Id. 7, 35 — ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς. quae exempla Valckenar. Opusc. t. 2 p. 88 sq. componit. De voce ξυνός, i. q. κοινός, idem in Theocr. ed. Heind. t. 2 p. 46. 410. πόθος, plur., bono sensu item ap. Procl. Hy. 5, 5 — πόθων ἀναγώγια κέντρα λαχοῦσαι. Deteriore sensu Synes. Hy. 3, 62 Λύσασα πόθους, 552 sq. Ἔχομαι δε πόθοις, Χθονίοις δεσμοῖς. 8, 41 (λέχος) Ἀδίκοις ἄβατον πόθοις. Procl. Hy. 5, 21 Οὐχ ὁσίων παύουσα πόθων κρυόεσσαν ἐρωήν.

10. λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον. ὕμνος voce Apollinarius in Metaphr. Psalmor. passim utitur; eadem a Synesio in Hymnis numero plurali frequentatur: 1, 4; 2, 5. 76; 3, 2. 28. 71. 85. 107. 139. 371 al. Cum forma oxymori: λαλεῖ σιγώμ. ὕμνον, cf. Anacreont. 29, 25 sq. Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ. Nonn. Paraphr. Ev. Io. 5, 166 — λάλῳ σάλπιγγι σιωπῆς. 13, 113 — λάλῳ δ' ἐρέεινε σιωπῇ, ubi Nans. Not. p. 157. Ad rem adposite Synes. Hy. 4, 81 sqq. Ὑμνῶ σε, μάκαρ, Καὶ διὰ σιγᾶς. Ὅσα γὰρ φωνᾶς, Τόσα καὶ σιγᾶς Ἀΐεις νοερᾶς.

11. σοὶ ἐνὶ πάντα μένει. Eandem in rem Apollinar. Ps. 118 n. 12 vs. 2 sq. Οὐρανῷ ἀστερόεντι μένει σέο πάντοτε μῦθος. Γαῖα, μάκαρ, παλάμῃσι μένει σέο ῥιζωθεῖσα. Synes. Hy. 3, 312 sqq. Σὺ φύσιν θάλπεις, Γένεσιν θνατῶν, Τᾶς ἀενάω Ἴνδαλμα μονᾶς (sic Canter.; vulg. ἰνδάλμονα). 9, 69. Τᾶς ἀενάω μονᾶς Ταμίας —.

σοὶ-θοάζει. Dionys. Hy. in Apollinem vs. 17 sq. Σοὶ μὲν χορὸς εὔδιος ἀστέρων Κατ' Ὄλυμπον ἄνακτι (vulg. ἄνακτα) χορεύει. Synes. Hy. 3, 333 sq. Σοὶ διὰ πάντων Ἵστησι χοροὺς Μάτειρα φύσις.



4, 152—154 Σοὶ μὲν ἀγήρως Ἄπονον τροχιὰν Σφαῖρα κυλίνδει. 5, 20—25 Σοὶ μὲν τιτὰν ἱππεύει, Ἠοῦς ἄσβεστος παγά, Σοὶ δ' ἁ ταυρῶπις μήνη Τὰν νυκτῶν ὄρφναν λύει, Σοὶ καὶ τίκτονται καρποί, Σοὶ καὶ βόσκονται ποίμναι. Luxuriatur in hac figura Th. Prodromus Rhodanth. et Dosicl. Amor. ed. Gaulmin. p. 161 sq. 165. Similiter ex Latinis Virgil. Ecl. 9, 57: — omne tibi stratum silet aequor. Tiberianus Hymno platonico l. c. vs. 23: — tibi nascitur olim Hic deus hic mundus, domus haec hominumque deumque. quo loco R. Oehlerus Diss. de Tiberiani quae feruntur fragmentis, Hal. Sax. 1879, p. 21 in verbis „tibi nascitur“ de constructione graeca dativi pro ablativo positi perperam cogitat.

12. ὑπάρχω. Orph. Hy. 87 (86), 2 — ὅσων πόρρωθεν ὑπάρχεις. et vs. 5 — ἄδικος δ' ἐνίοισιν ὑπάρχων. Orac. chald. 73 sq. (Procl. in Tim. p. 267 d) — καὶ τὸ νοητὸν Οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει —. Sed iam Euripides verbo ὑπάρχειν, non sine gravitate quadam, usus est; v. Cardo Rochett. Miscell. crit. et philol. t. 2 p. 277.

14. ὑπερνεφέας (vulgo) καλύπτρας. De voce κάλυπτρα ab Apollinario in eodem argumento usurpata supra monui (v. II, 1 adn. ad vs. 14). — ὑπερφανέας (iuxta cod. Monac.) καλύπτρας. Cum hoc oxymoro prorsus concinunt haec Synesii Hy. 3, 158 sq. in invocatione Dei: Κεκαλυμμένε νοῦ Ἰδίαις αὐγαῖς. 3, 195—198 Σὺ τὸ φαινόμενον, Σὺ τὸ κρυπτόμενον, Φῶς κρυπτόμενον Ἰδίαις αὐγαῖς, ubi R. Volkmannus oxymoron, quod verbis φῶς-αὐγαῖς inest, contra Flachium, qui verba φῶς κρυπτόμενον tanquam glossema delevit, recte defendit. Vid. Mus. rhen. philol., Nov. ser. t. 32 p. 558.

15. τίς νόος οὐρανίδης —; Meram vim adiectivi οὐρανίδης habet in fragm. inc. Euripidis ap. Clem. Alex. Strom. 5 p. 481: — ἐν — θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις. Similiter οὐρανίωνες θεοί Hom. Il. ρ 195. ω 612. Od. η 242. Plurali νόες, mentes coelestes, de quo Dronk. supra II, 1 adn. ad vs. 15 laudatus Jacobsium ad Anthol. Pal. III, 20 antestatur, Synesius utitur Hy. 3, 273 Νόες ἀστέριοι. In Orac. chald. (vulgo Zoroastris) νόες sic usurpantur vs. 80: Ὑπὸ δύο νόων ἡ ζωογόνος πηγὴ περιέχεται ψυχῶν. quae ex Damasc. περὶ ἀρχῶν hausta esse monet Taylor. Diar. Class. t. 17 p. 246; is tamen non magis, quam ceteri Oraculorum editores, vidit, hanc meram Damascii, licet Oracula respicientis, prosam esse. De usu vocis νόες apud Platonicos et Patres eccl. v. infra Adn. ad vs. 15. ἵλαος. Hac forma, idque in formula ἵλαος εἴης huius loci, Apollinarius utitur Metaphr. Ps. 24, 23 Ἀμπλακίαις πυκινῇσιν ἐμαῖς πέρι ἵλαος εἴης. 37 Ἀδρανίην καὶ μόχθον ἰδὼν ἐμὸν ἵλαος εἴης. 50, 1 Δευομένῳ μοι ἄναξ περιώσιον ἵλαος εἴης. Synes. Hy. 2, 75 sq. Ἐπ' ἐμοῖς ἵλαον οὖας Τάνυσον χοροῖσιν ὕμνων. Alteram formam ἵλεως idem Hy. 4, 56 et 50 habet. Ἵλαθι antique pro ἵλαος εἴης Procl. Hy. 7, 40.

### 3. Rationes, cur Hymnus a Gregorio abiudicandus et Proclo adtribuendus sit.

Fac autem inesse Hymno quaedam, quorum similia apud Gregorium, neque vero apud alios poetas reperiantur (quod tamen aliter se habere supra ostendimus): haec res non tanti sit, ut ideo Hymnum Gregorio adiudicandum censeamus.

Contrarii et longe maioris momenti est illud, quod Gregorii Naz. hymni in Deum, qui apud Tollium Ins. It. Ital. p. 92 sqq. exstant et in Opp. ed Maur. t. 2 p. 286 sq. 288. 292 nostrum Hymnum (p. 286) sequuntur, ab hoc toto coelo distant, quippe repleti sententiis christianis, tam dogmaticis (praesertim de S. Trinitate), quam moralibus, quarum omnium in hocce nec vola nec vestigium.

Contra ea cum nostro Hymno valde conspirant fragmenta Hymni, ab Olympiodoro Commentario in Plat. Gorg. a me edito allata, quae nos supra partim iam ad partes vocavimus, et a quibus laudandis Olympiodorus profecto abstinuisset, si Hymnus ipse non mere fuisset platonicus; id quod ita se habere ex fragmentis colligitur, quae, quippe nostro Hymno valde cognata, hîc simul in uno conspectu ponere haud abs re erit; sunt autem haecce secundum ordinem, quo ab Olympiodoro proferuntur, adiectis verbis, quibus ille ea introducit, et pluribus nunc emendatius scriptis:

Olympiodor. Comm. in Plat. Gorg. e cod. Basil. ed. A. Iahn. in Iahnii Annal. Phil. Suppl. t. 14 fasc. 1 p. 112: *ἁπλοῦς — ὁ θεός, ἐξ οὐδενὸς παραγόμενος. ὅθεν καὶ ὕμνος λέγεται εἰς αὐτόν, φάσκων· ἐξ οὗ πάντα πέφηνε, σὺ δ'οὐδενὸς οὕνεκα μοῦνος.**) Ibid. p. 128: *εἰ δὲ ἐπὶ θεοῦ οὐκ ἔστιν ἰδιότης· ὑπὲρ ἰδιότητα γάρ ἐστιν· οὐδὲ ὄνομα ᾧ προσαγορεύεται. ἀμέλει λέγων τις ὕμνον εἰς θεόν φησιν· ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ πλέον ἄλλο σε μέλψω; πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ὑμνοπολεύσω; πῶς σε λόγῳ μέλψαιμι, τὸν οὐδὲ νόῳ περιληπτόν;**) (Ad haec cod. Bas. in marg.: (η̄ [i. e. *σημείωσαι*, non *ἡ*, quod opera posuit] *τὸν θαυμάσιον τοῦτον ὕμνον.*) Porro fasc. 2 p. 254: *τὸ οὗ ἕνεκα κυρίως τὸ ἀγαθόν ἐστιν. ὅτι δὲ — μόνως οὗ ἕνεκα τὸ πρῶτον αἴτιον, δηλοῖ καὶ ὁ ὕμνος ὁ λέγων· ἐκ σοῦ πάντα πέφυκε* cet. (l. *πέφηνε*, ut supra fasc. 1 p. 112; cetera paria). Fasc. 4 p. 532: *δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι οἱ φιλόσοφοι μίαν πάντων ἀρχὴν οἴονται εἶναι καὶ ἓν τὸ πρώτιστον αἴτιον ὑπερκόσμιον, ἐξ οὗ πάντα πέφυκεν· ὃ οὐδὲ ὀνόματι ἐκάλεσαν. τίς γὰρ ὀνομαθεσία ἐκείνου; ἀμέλει καὶ φησί τις ἐν ὕμνῳ· πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν* cet., ut supra fasc. 1 p. 128, nisi quod pro illis: *πῶς σε λόγῳ μέλψαιμι—*; hîc *τίς δὲ λόγος μέλψει σε—*; scribitur. Ad *ὕμνῳ* marg. cod. Bas.: (η̄ *τὸν θεσπέσιον τοῦτον ὕμνον.* Ceterum de Olympiodori verbis: *ἐξ οὗ πάντα πέφυκεν*, v. Adnot. ad Hy. vs. 10.

V. Cousinus, qui haec Hymni fragmenta e cod. Paris. 1822 in Diario Eruditor. a. 1832 pp. 402. 751. 752 protulit, p. 752 eum ad Alexandrinum quendam retulit, et propter analogiam Hymnorum Procli hunc eius auctorem esse opinatus est. Tu vero attende, quae inferius de Procli Hymnis dicimus.

Tanta autem est horum fragmentorum cognatio cum nostro Hymno, ut, nisi si de duplici eius recensione cogitare malis, suspiceris hunc ipsum ab Olympiodoro laudatum fuisse, ita quidem, ut alia eius memoriter recitando immutaret, alia proferret, quae in nostris Hymni exemplaribus desunt. Ad prius genus referre possis verba: *τί γὰρ πλέον ἄλλο σε μέλψω*; tanquam immutata ex vs. 1: — *τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν*; deinde haec: *πῶς σε λόγῳ μέλψαιμι* (vel, ut Olympiodorus ipse variat, *τίς δὲ λόγος μέλψει σε*), *τὸν οὐδὲ νόῳ περιληπτόν*; tanquam conflata ex vs. 2 *πῶς λόγος ὑμνήσει σε—*; et vs. 3 — *σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός.* Ex versibus, qui in Hymno nostro non comparent, prior: *πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ὑμνοπολεύσω*; statim post primum, posterior: *ἐκ σέο πάντα πέφηνε· σὺ δ'οὐδενὸς εἵνεκα μοῦνος*, post versum 10 sedem habuisse videntur. Plura de hisce infra in Adnot. ad vss. 1 & 10.

Sed, utut haec sese habent, nemo, opinor, iam dubitabit, quin hic noster Hymnus ex schola Platonicorum recentiorum prodierit. Nam quod Franc. Hiplerus, vir doctissimus, in scriptione De theologia Dionysii Areop. II p. 4 n. 4 Dionysio De div. nom. c. 7 Hymni nostri versus 11—15 adhibens, ad Schubach.: De Gregorii Theol. carminib., Confl. 1871, p. 48 provocat: hic V. D. ibi solummodo id agit, ut Gregorium ideas platonicas ad explicandam notionem creationis rerum ad-

*) *ὅθεν* item cod. Monac. 234 f. 174a et Routh. post Plat. Gorg. ed. Findeis. p. 614. *ὅ τε* male Cousin. in Diar. Eruditor. a. 1832 p. 402 e cod. Par. 1822. — *λέγεται* item Mon. et Routh. *λέγει* Cous. — *ἐξ οὗ* item Mon. Routh. et Cousin. p. 402. 751. Melius *ἐκ σοῦ* infra Fasc. 2 p. 254. — *πέφηνε* item Mon. et Cous. ll. cc.; infra l. c. male *πέφυκε*. *πεφήνη* pessime Routh. — *οὕνεκα* item Mon. et Routh. *ὅυνεκα* post virgulam male Cous. p. 402. *οὕνεκα* id. p. 751, male praeposito semicolo. — Hisce sic perscriptis, in Analectis meis e codd. gr. Monacc. incidi in locum, unde in versu supra allato meliores hasce scripturas lucramur: *σέο* pro *σοῦ* et *εἵνεκα* pro *οὕνεκα* (v. Passov. gr. Lex. v. *οὕνεκα* B). Praeterea indidem *πέφηνε* (pro *πέφυκε*) confirmatur. Locus ita habet cod. Mon. 103 (Asclepius in Aristot. Metaph. ex ore Ammonii) f. 13a. *τὸν θεὸν μόνον εἶναι ἐλεύθερον, ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν οὐδενὸς προσδεῖται, αὐτοῦ δὲ τὰ ἄλλα προσδέονται. διὸ παγκάλως φησὶν ἐκεῖνος· ἐκ σέο πάντα πέφηνε, σὺ δ' οὐδενὸς εἵνεκα μοῦνος.*

*) Eosdem versus habet cod. Mon. 144 f. 28b. (male ibi *ὑπέροχον*) et e cod. Par. 1822 profert Cousin. l. c. p. 752 absque scripturae discrepantia.

hibuisse ostendat, nec nostri Hymni hac in re, ut par est, ullam mentionem facit.

Cur autem potissimum de Proclo tanquam Hymni auctore cogitemus, plures causae sunt.

Ut a momento extrinsecus petito exordiar, chartaceo, id est recentiori, codici ms. Monacensi Theologiae Platonicae Procli (num. 547, sec. XV; v. supra I suo loco) folium membranaceum, hunc Hymnum antiqua distinguendi ratione scriptum et ῑ adscripto destitutum exhibens, tegminis loco praefixum est, unde verosimile fit, hoc folium e codice longe antiquiore Theologiae Platonicae superesse et huic operi olim nostro Hymno, postmodum Gregorii Naz. carminibus temere illato, praelusum fuisse. Quonam vero potius ab auctore quam a Proclo ipso? Huius enim ipsum illud opus abundat sententiis, dictionibus et vocibus, quas fere in singulis Hymni versibus itidem comparere ex Adnotatione nostra satis patet. Accedit igitur ad momentum externum supra indicatum interius, quod positum est in intimo rerum et verborum connexu, quo Hymnus cum Procli Theologia Platonica, quam ille in cod. Monac. praecedit, coniunctus est.

Cum vulgatis quidem Procli Hymnis noster praeter paucas quasdam voces (v. II, 2 adn. ad vss. 2. 3. 8) nil commune habet nisi formam epicam. Nam quum illi, quippe redundantes coloribus ex mythologiae interpretatione anagogica petitis, poesin repraesentent, quam dicas mythologice religiosam, nostri Hymni poesin metaphysice religiosam iure vocare possis, qua in re hic magis ad priores Synesii Hymnos, licet lyricos, accedit. Nihil autem obstat, quominus statuamus, Proclum, missa forma Hymnorum exoterica et mythologiae, licet anagogicae, accommodata, etiam id sibi sumpsisse, ut summum Deum purum et talem, qualem ipse praesertim in Theologia Platonica informavit, Hymno celebraret esoterico, id est ex interiore philosophia sua hausto, eumque Hymnum illi operi suo tanquam prooemium praemitteret.

Hisce a me sic disputatis partim refinguntur, partim amplificantur et corroborantur, quae nos, Cousinus, Creuzerus et ego, de rationibus, cur Hymnus noster Proclo adtribuendus sit, olim docuimus (v. I sub fin., II, 3 supra).

## III. Adnotatio in Hymnum critica et exegetica.*)

**Vs. 1 = 16.** *Ὦ πάντων ἐπέκεινα·*] *ἐπέκεινα.* — M, qui ubique nonnisi punctis distinguit, qua de re hîc semel monuisse sufficiat. Vertunt:

*) Abbreviandi signa haec sunt: **B** Benedictinorum editio Gregorii; **C** Coloniensis editio Gregorii; **FM** Fed. Morelli versio lat. metrica; **H** Hardtii contextus graecus et versio lat. pedestris; **L** Leunclavii editio princeps Hymni; **L1** Leunclavii versio lat. metrica; **L2** Leunclavii versio lat. pedestris; **M** cod. Monac.



L1: Rerum summe, L2: O Deus, qui es supra omnia, FM: Omnia qui superas, B fere ut L2: O tu qui es supra omnia, H: O superne omnium. Ego in vers. germ. metr. I.: O über Allem Erhab'ner! (in vers. II. melius: über Alles). Haec allocutio fluxit ex schola Platonicorum recc., qui formulam: *ὁ* (sive *τό*) *πάντων ἐπέκεινα*, et similes de summo Deo solemniter usurpant. Qua de re monui ad Eliam Cret. Comm. in Greg. Naz. Oratt. (Patrol. Gr. ed. Migne t. 36) col. 802 n. 7, simul indicato fonte huius loquendi usus apud Plat. Rep. 6. 509b et nostro loco haud neglecto. Affatim exemplorum exstat apud Procl. Th. Pl.: 1, 3 p. 7 inf. *συνάπτεσθαι τῷ — πάντων ἐπέκεινα τῶν ὄντων*. 1, 10 p. 21 i. *τὸ — παντὸς ἐπέκεινα τοῦ ὄντος ἀνυμνεῖν*. 2, 11 p. 106 med. *τὸ — ἐπέκεινα τῶν ὅλων* (nim. *τοῦ πάντων βασιλέως*) *ἀφίησιν* (l. *ἐφίησιν*, admittit) *οὐδεμίαν ἔχειν πρὸς τὰ μετ᾽ αὐτὸ συμπλοκήν*. 2, 11 p. 110 sup. (*ὁ πρῶτος θεός*) *θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων — καὶ — τῶν ἀδυνάτων* (l. *ἀθανάτων*) *ἐπέκεινα τῶν πρώτων*. 2, 11 p. 114 i. *τὸ ἄρρητον τοῦ πάντων ἐπέκεινα θεοῦ*. 3, 20 p. 163 m. *τὸ — πρώτιστον καὶ ἀμέθεκτον ἕν, ἐπέκεινα τῶν ὅλων προϋπάρχον*. al. saep. Adde Procl. Opp. ed. Cous. II. col. 1065, 28 sq. *τοῦτο δὲ τὸ* [*ἓν*] *ἐν τῇ πρώτῃ ὑποθέσει δεικνύμενον ἐπέκεινα πάντων*. ibi Cous. n. 6 confert Damasc. De princip. p. 1 Kopp. *Πότερον ἐπέκεινα τῶν πάντων ἐστὶν ἡ μία τῶν πάντων ἀρχὴ λεγομένη;* Ceterum cf. II, 1. 2 adn. ad vs. 1 = 16, praeterea adn. 115 ad Eclog. e Proclo.

*τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;*] *ἄλλο σὲ* L, neglecta enclisi, ut solet; qua de re hîc semel monuisse sufficiat. *μέλπειν.* — C, neglecta interrogatione. Vertunt: L1: alio nam quo te nomine dicam? L2: quo enim alio nomine te celebrem? FM accuratius: te aliter quî fas celebrare est? Male H: Quid enim aliud canere fas est, neglecto *σε* et virgula pro interrogandi nota posita. Ego: Denn anders wie darf man Dich preisen? *Θέμις* c. inf., de quo v. II, 1. 2 adn. ad v. 1 = 16, exstat etiam apud Procl. Th. Pl. 3, 7 p. 132 m. *εἴτ᾽ οὖν πηγὴν θεότητος αὐτὴν* (summam rerum causam dicit) *ἐπονομάζειν ἢ θέμις* cet., ubi del. *ἢ*. Potius *θέμις ἐστί* dici oportebat. Sed *θέμις* c. inf., omisso *ἐστί*, Platoni quoque usitatum (v. Ast. Lex. II. 57 sq.), quem Proclus imitatur. De verbo *μέλπω* v. II, 1. 2 adn. ad vs. 1 = 16. Ceterum verba: *τί γὰρ — μέλπειν;* parenthesin ita efficiunt, ut praegressa: *ὦ πάντ. ἐπέκ.* ad vs. 2 *πῶς λόγος ὑμνήσει σε;* pertineant.

Supra iam dixi, post primum hunc Hymni versum fortasse sedem habuisse hunc versum ab Olympiodoro ex Hymno Anonymi cuiusdam allatum: *πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ὑμνοπολεύσω;* (Vid. II, 3 suo loco). Quo posito, verba *τὸν ἐν πάντ. ὑπείροχ.* ad praegressa *ὦ πάντων ἐπέκεινα* referri eaque explicare videntur. Proclo nihil usitatius, quam in celebranda natura summi Dei voces *ὑπερέχω* et *ὑπεροχή* propinare. Prioris usus haec sunt exempla: Th. Pl. 1, 21 p. 57 m.

τοῦ — ἐφετοῦ (summi boni, id est Dei) — τῶν ὅλων ὑπερέχοντος. 2, 4 p. 107 i. τὸ αἴτιον τῶν ὅλων ὑπερέχειν ἀνάγκη τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ παραγομένων. Summi Dei ὑπεροχήν idem celebrat 1, 21 p. 57 m. τῇ — ἀγνώστῳ τῶν ὅλων ὑπεροχῇ. 1, 25 p. 62 m. πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ τῶν ὅλων ὑπεροχήν. 2, 4 p. 104 i. πᾶσι γὰρ ἐνέσπειρεν ὁ τῶν ὅλων αἴτιος τῆς ἑαυτοῦ παντελοῦς ὑπεροχῆς συνθήματα. 2, 4 p. 106 m. τοῦ πάντων βασιλέως — τὴν ὑπεροχὴν—. 3, 7 p. 132 s. de summa rerum causa: τὴν θαυμαστὴν αὐτῆς πρὸς τὰ νοητὰ πάντα καὶ ἄγνωστον ὑπεροχήν. 3, 11 p. 118 m. πρὸς τὴν ἄγνωστον συνάπτονται τοῦ ἑνὸς ὑπεροχήν. 5. 20 p. 289 m. 290 i. al. saep. — Verbo ὑμνοπολεύω (i. q. ὑμνηπολέω) ex serioris aevi poetis Apollinarius in Metaphr. Psalmor. saepe utitur, v. c. Ps. 118, 22 vs. 324 Γλώσσῃ θεσμοσύνην βασιλήιον ὑμνοπολεύσω. Ps. 147, 2 Σιὼν ὑμνοπόλευε τεοῦ βασιλῆα βίοιο.

2. Πῶς λόγος ὑμνήσει σε;] De verbo ὑμνέω v. II, 1. 2 adn. ad vs. 2. σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός.] De virgula pro puncto ponenda v. Adn. ad vs. 3. ῥητὸν secus CB; nam quominus neutrum tanquam gnomicum excuses, praecedens σὺ et insequens σὺ — ληπτός obstant, quamvis Proclus Th. Pl. 2, 11 p. 110 s. loco inferius allato illo neutro abutatur. Vocem ῥητός in eadem re ponit Proclus Th. Pl. 2, 4 p. 95 i. οὔτε δε γνωστὸν ἐκεῖνο (τὸ πρῶτον) τοῖς οὖσιν, οὔτε ῥητὸν τοῖς οὖσιν, οὔτε ῥητὸν οὐδενὶ τῶν πάντων. Id quod sit ῥητόν, Id. 5, 29 p. 308 m. i. in genus deorum intellectualium, non intelligibilium, minus etiam in summum Deum cadere docet. Alias Proclus in exprimenda sententia nostri loci vocem ἄρρητος frequentat: Th. Pl. 1, 3 p. 7 i. συνάπτεσθαι τῷ ἀρρήτῳ. 1, 10 p. 21 i. τῆς ὑπερουσίου τῶν ὅλων ἀρχῆς — τὸ ἄρρητον. 1, 21 p. 57 s. 2, 4 p. 95 m. i., p. 105 s. τοῦ ἔρωτος, ὃν ἔχει τὰ πάντα κατὰ φύσιν, τῆς — ἀρρήτου — ἀγαθότητος. p. 105 m. τῆς πρωτίστης ἀρχῆς — τὸ ἄρρητον. ibid. τὸ ἄρρητον — τοῦ πρώτου θεοῦ. 2, 10 p. 108 i. 2, 11 p. 109 i. πάντα δὲ — πρὸς τὴν τοῦ ἀρρήτου μετουσίαν ἡμᾶς ἀνατεινέτω. p. 110 s. (ὁ πρῶτος θεός) θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων, — πάσης σιγῆς ἀρρητότερον. (Neutrum est gnomicum, ut insequens ἀγνωστότερον, quamvis ἅγιος ἁγίων et ἀποκεκρυμμένος insequantur; v. superius de hoc loco dicta.) 3, 1 p. 118 s. τὴν ἄρρητον ἕνωσιν (τοῦ πρώτου θεοῦ). ibid. μετὰ — τὴν — ἄρρητον — αἰτίαν. 3, 7 p. 131 i. ἁπάντων — τῶν ὄντων — μία — αἰτία προϋφέστηκεν, ἄρρητος — παντὶ λόγῳ (novissima verbis Hymni λόγῳ οὐδενὶ ῥητός respondent). 5, 28 p. 308 s. al. Id. Inst. Theol. c. 162 ἄρρητον — καθ' ἑαυτὸ πᾶν τὸ θεῖον—, ὡς τῷ ἑνὶ τῷ ἀρρήτῳ συμφυές. Succurrit etiam Apuleius De habitud. cet. Opp. I p. 161 Bip., ubi de Deo Platonis: „quem quidem coelestem pronuntiat, indictum, innominatum, et, ut ipse ait, ἄρρητον, ἀκατωνόμαστον," ubi hodie, ex libris mss. scilicet, sed prorsus praeter rem, ἀόρατον, ἀδάμαστον scribunt. Illa tamen: ἄρρητον, ἀκατωνόμαστον, quae Apuleius Platoni tribuit, apud hunc non magis comparent, quam superiora: „Is unus, ait, ἀπερίμετρος." Tu v. C. Fr. Hermann. Hist. Syst. philos. Plat. I p. 718. Fons totius huius usus de summo Deo sentiendi et loquendi est ap. Plat. Tim. 28 c. Ep. 7. 341 c. d. Ceterum cf. II, 1. 2 adn. ad vs. 2.



3. Πῶς νόος ἀθρήσει σε; cet.] Huius versus loco M eum versum exhibet, qui vulgo est quartus: Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος cet. et pro hoc posteriore eum ponit, qui hodie est tertius. Itaque series et iunctura versuum 2—5 secundum M ita habent: Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός, Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται. Πῶς νόος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός, Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται. Quae nemo non videt longe praestare vulgatis, in quibus membra poetae disiecta sunt: Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός. Πῶς νόος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός. Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος· ἐπεί τέκες ὅσσα λαλεῖται. Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος· ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται. Nam primum molesta sunt πῶς et μοῦνος statim repetita; deinde illa: Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος et Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος, quorum prius ad λόγῳ οὐδενὶ ῥητός, posterius ad νόῳ οὐδενὶ ληπτός apte refertur, in vulgata serie non habent ex quo pendeant; denique concentus vocum sese excipientium ῥητός — ληπτός, λαλεῖται — νοεῖται eo molestior accidit, quod statim post verba λιγαίνει — γεραίρει item concinunt. M. Schubach. De Gregorii Naz. carminibus, Confl. 1871, p. 31 n. 2 de concentu verborum λαλεῖται, νοεῖται, λιγαίνει, γεραίρει monens, ait: „qui tamen syllabarum concentus minus quaesitus quam fortuito oblatus videtur." Ceterum de verbo ἀθρέω v. II, 1. 2. adn. vs. 3. σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ληπτός.] De virgula pro puncto ponenda, deque adnectendis verbis Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος cet. supra dixi. In exprimenda eadem sententia Proclus voce ἄληπτος utitur Th. Pl. 1. 21 p. 57 s. ποθεῖ τὰ ὄντα τὸ ἐφετὸν τοῦτο (summum bonum, i. e. Deum) καὶ ἄληπτον. 2, 4 p. 95 m. τὰ προελθόντα-ποθεῖ τὴν ἄρρητον ἐκείνου (τοῦ πρώτου) καὶ ἄληπτον ὕπαρξιν. p. 95 i. (τὸ πρῶτον) ἄληπτον ὑπάρχον. 3, 1 p. 131 i. ἁπάντων — τῶν ὄντων — μία — αἰτία προϋφέστηκεν — ἄληπτος. al. Ceterum v. II, 1. 2 adn. ad vs. 3. Voce περιληπτός, quam posteriore loco attigi, Proclus utitur Th. Pl. 2, 4 p. 95 i. ὁπόσα λόγῳ περιληπτά.

4. Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος· cet.] Iuxta cod. M hunc versum tertii loco reponendum esse modo ad vs. 3 monuimus. Hîc post ἄφραστος et proximo versu post ἄγνωστος virgula pro semicolo ponenda est, quum insequens ἐπεί idem sit quod ἐπειδή, et rationem praegressae sententiae statim reddat. Ad verba μοῦνος-ἄφραστος apposite, ut nil supra, Procl. Th. Pl. 3, 7 p. 131 i. ἁπάντων δὴ τῶν ὄντων — μία — αἰτία προϋφέστηκεν — ἄφραστος. 5, 29 p. 308 m. de demiurgo Platonis tanquam altero deo: τὸ — εἰς ἅπαντας ἀδύνατον λέγειν (Tim. 28 c) οὐκ ἄρρητον αὐτὸν πάντῃ καὶ ἄφραστον ἀφίησι. Nimirum utrumque, id quod sit

*ἄρρητον* et *ἄφραστον*, summi Dei proprium esse Proclus statuit. Rittershus. Comm. in Opp. Hal. 1, 411 p. 197: „apud Lactantium Hermes Trismegistus nomen Dei vocat *ἀνέκφραστον*." Sed hoc re, non verbo verum; v. Lact. 4, 7. Cf. II, 1. 2 adn. ad vs. 4. *ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.*] *τίκτω* hîc et proximo versu i. q. *παράγω*, creo, quo ipso verbo Proclum in iisdem sententiis exprimendis usum esse infra videbis. De verbo *λαλέω* v. II, 1. 2 adn. ad vs. 4. Sensum loci secus exprimit L1: rerum quas vox sonat auctor; item L2: ut qui condideris omnia quae oratione proferuntur. Melius FM: omnis sermonis origo. B fere ut L2: utpote qui creasti quaecunque voce enunciantur. H plebeia versione: cum genuisti quae dicuntur. Ego: dieweil Du gezeuget die Worte (nunc malim: die Rede). Procl. Th. Pl. 2, 4 p. 95 i. (*τὸ πρῶτον*) *τοὺς λόγους πάντας — ἀπ' αὐτοῦ* (l. *ἀφ' αὐτοῦ*) *παρήγαγε.*

5. ***Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος·***] De virgula pro semicolo reponenda ad vs. 4 dixi. — Ad rem Synes. Hy. 4, 227. 229. *Πάτερ ἄγνωστε, — Ἄγνωστε νόῳ.* 6, 7 *Ἀγνώστων ἀνέδειξε παῖδα κόλπων.* Ex serioribus poetis Paul. Silentiar. in Therm. Pyth. 171 de deo: *Ἀγνωστόν ἐστι πνεῦμα.* Ex Latinis Mart. Cap. II § 185: Ignoti vis celsa patris. — Luxuriat Proclus in voce *ἄγνωστος* de summo Deo usurpanda: Th. Pl. 1, 10 p. 21 i. *τῆς ὑπερουσίου τῶν ὅλων ἀρχῆς — τὸ — ἄγνωστον.* 1, 21 p. 57 s. *τῆς ἀγνώστου — φύσεως αὐτοῦ*, nim. summi boni, i. e. Dei. 2, 4 p. 95 i. *τὸ ἄγνωστον — τοῦ πρώτου.* p. 105 s. *πόθῳ τῆς ἀγνώστου φύσεως. — τοῦ ἔρωτος — τῆς ἀγνώστου ἀγαθότητος.* 2, 11 p. 11 (*ὁ πρῶτος θεός*) *πάσης ὑπάρξεως ἀγνωστότερον* (neutrum gnomicum). 3, 1 p. 118 m. *πρὸς τὴν ἄγνωστον συνάπτονται τοῦ ἑνὸς ὑπεροχὴν.* 3, 7 p. 131 i. *ἁπάντων — τῶν ὄντων — μία — αἰτία προϋφέστηκεν — ἄγνωστος — πάσῃ γνώσει.* 5, 28 p. 308 s. *τῷ — ἀγνώστῳ τῶν ὄντων ἁπάντων αἰτίῳ.* ibid. *ἐκεῖνο — τὸ ἓν ὁ Παρμενίδης* (nim. platonicus Procli) *ἄγνωστον παντελῶς — ἀποδείκνυσι.* al. *ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται.*] Secus L1: rerum, quas mens capit, auctor, et L2: ut qui condideris omnia, quae mente percipiuntur. Recte FM: pater es notionis et omnis. B fere ut L2: quippe creasti quidquid mente percipitur. H barbare: cum genuisti, quae noscuntur. Ego: dieweil Du gezeugt die Gedanken. De divinitate omnis cognitionis fonte Procl. Th. Pl. 2, 4 p. 95 i. (*τὸ πρῶτον*) *ἁπάσας — τὰς γνώσεις — ἀπ' αὐτοῦ* (l. *ἀφ' αὐτοῦ*) *παρήγαγε.* 4, 1 p. 200 i. *θεότης μέν ἐστι πάσης τῆς νοερᾶς γνώσεως πηγή.*

6. ***Πάντα σε καὶ λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει·***] om. C, ubi ideo quindecim tantum Hymni versus, non sedecim, quos MLB habent, numerantur. B adnot.: „Vat. hunc exhibet versiculum, qui [post L] deest in editis graecis, licet latine redditus." Nimirum a FM versu: Omnia quaeque silent, te cantant, quaeque loquuntur. L1 vertit: Voce sonant te cassa, sonant utentia voce; L2: Omnia te tam loquentia, quam non loquentia celebrant; B: Omnia te praedicant, et quae loquuntur, et



quae non loquuntur; H stulte: Omnia te loquentem et non loquentem praedicant. Idem, ut B, post *καὶ λαλέοντα* inepte virgulam ponit; M non distinguit, neque magis post *λιγαίνει*. *λιγαίνει:* — L; *λιγαίνει·* — B; *λιγαίνει.* — H. De oxymoro *οὐ λαλέοντα λιγαίνει* v. II, 1. 2 adn. ad vs. 6. Ex poetis serioris aetatis verbo *λιγαίνω* utuntur v. c. Apollinar. Metaphr. Ps. 18. 2 loco supra (v. II, 2 ad vs. 6) allato. 25, 23 *Καί σε μάκαρ μέλψαιμι παρακλήσεσσι λιγαίνων.* 47, 76 *Κοιρανίαι βασιλῆα λιγαίνετε πάντοθεν αἴης.* al. Synes. Hy. 2, 4 sq. *Πάλι μοι λίγαινε, θυμέ, Θεὸν ὀρθρίοισιν ὕμνοις.* vulgo *λίταινε*, quod tuetur Thilo Comm. I ad Synes. Hy. II. p. 7, licet exempla verbi *λιγαίνω* citans Anacreont. 39, 3. 59, 4, Apollinar. Ps. 18, 2 (v. supra), Nonn. Dionys. 1, 503; sed v. Flach. in Museo rhen. phil., Nov. ser. t. 32 p. 541.

7. ***Πάντα σε καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει.***] Hunc versum, quem M cum libris editis exhibet, H turpi negligentia omisit. De verbo *γεραίρω* v. II, 1. 2 adn. ad vs. 7.

8 sq. ***Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων Ἀμφί σε·***] De repetito *ξυνός* v. II, 1. 2 adn. ad vs. 8. Ne forte propter antecedens *τε* coniicias *ξυναί τ'*, vide Passov. Lex. Gr. v. *τέ*, num. 8. Post *ἁπάντων* M male distinguit (puncto, ut assolet); arte enim cohaerent haecce: *πόθοι — ὠδῖνες ἀμφί σε.* Idem *ἀμφὶ σέ.* — enclisi, quam alias observat, hoc loco male neglecta. *Ἀμφὶ σὲ:* — L. *Ἀμφὶ σέ·* — CB. *Ἀμφί σε.* — H recte. *πόθοι.* Cf. Gregor. Naz. et Procl. locis supra (v. II, 1. 2) ad vs. 8 allatis. Singulari *πόθος* Proclus eadem in re utitur hisce locis, qui apprime adpositi sunt: Th. Pl. 1, 24 p. 60 m. *ἐραστόν ἐστι τὸ κάλλος — ἐφ' ἑαυτὸ πάντα διὰ πόθου — ἀνεγεῖρον.* 1, 25 p. 62 m. *πόθῳ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως.* 2, 4 p. 105 s. *πόθῳ τῆς ἀγνώστου φύσεως καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πηγῆς.* 3, 18 p. 151 i. (*τὸ κάλλος*) *τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κρύφιον ἐκφῆναν — καὶ τὸν κρυπτόμενον περὶ ἐκεῖνο πόθον ἑλκύσαν εἰς τὸ ἑαυτοῦ φανόν* (ubi *πόθος* praepositionem *περί* secum habet, ut nostro loco *πόθοι* praepos. *ἀμφί*). Etiam verbo *ποθῶ* Proclus eadem in re utitur Th. Pl. 1. 21 p. 57 s. *ποθεῖ τὰ ὄντα τὸ ἐφετὸν τοῦτο.* nim. summe expetendum summum bonum. Ibid. statim post: *μήτε ἑλεῖν ὃ ποθεῖ, δυνάμενα.* 2, 4 p. 95 m. *διότι τὰ προελθόντα-ποθεῖ τὴν ἄρρητον ἐκείνου* (*τοῦ πρώτου*) *καὶ ἄληπτον ὕπαρξιν, τἀγαθὸν αὐτὸ προσαγορεύομεν.* *ὠδῖνες.* L1 et H: dolores, falso; paulo melius L2: aculei; pessime FM: foetus, et B: consilia. Ego: Liebeswehen, recte, opinor. Proprie *ὠδίς* de partus doloribus deque partu ipso dicitur, quo sensu hanc vocem, sicut verbum *ὠδίνω*, parturio, Gregor. Naz. Arc. 4, 75 p. 199 Dronk. de procreatrice mente divina usurpat. Eadem licentia Synesius voce *ὠδίς* in divina natura abutitur Hy. 3, 238. 239. 4, 95 sq. *Ὠδῖνα πατρός, Γόνιμον βουλάν.* nim. Dei Patris, Filium procreantis. 6, 6 — *βουλᾶς πατρικᾶς ἄφραστος ὠδίς.* Porro est, ubi *ὠδίς* prolem significat, ut ap. Synes. Hy. 3, 228 *Ὠδὶς*

ἱερά, v. Abresch. Anim. in Aesch. p. 392 sq. Deinde vox ad omnem dolorem et vexationem transfertur (v. Victor. V. L. 23, 21 p. 439), qua potestate ὠδῖνες v. c. ab Apollinario Metaphr. Ps. 17, 6. 8 et al. secundum LXX frequentantur (v. Ernest.: Suidae et Phavorini Glossae sacrae p. 159). Denique vero ὠδίς ad acrem ex amore dolorem et omnino ad vehementem amorem, sive corporeum, sive incorporeum, transfertur, quo posteriore significatu Synesius et Proclus vocem, numero tam singulari quam plurali, usurpare solent. Cf. Synes. Hy. 1, 11. 51. 5, 58. 6, 37, ubi ὠδῖνες σοφίας. Procl. in Alcib. I p. 150 Creuz., ubi ὠδίς et ὠδῖνες. Th. Pl. 2, 4 p. 105 s. (πάντα) μέχρι ταύτης ἀναδραμόντα τῆς αἰτίας (fontem boni dicit), — τῶν ὠδίνων λήξει καὶ τοῦ ἔρωτος, ὃν ἔχει τὰ πάντα κατὰ φύσιν, τῆς ἀγνώστου ἀγαθότητος. (Ego hîc pro vulg. τῶν ὠδίνων λήψει rescribo τ. ὠ. λήξει ex Platone Pol. 6. 490b καὶ οὕτω λήγοι ὠδῖνος. Alia exempla vocis ὠδίς a Platone sic translatae Ast. Lex. Plat. III. 577 promiscue adfert.) 2, 11 p. 106 s. τῇ ὠδῖνι τῆς ψυχῆς τῇ περὶ τὸν ἑνιαῖον θεόν (ubi ὠδίς praepositionem περί secum habet, ut nostro loco ὠδῖνες praepos. ἀμφί). 3, 1 p. 118 s. τὴν ὠδῖνα τῶν ψυχῶν, ἣν ἔχουσιν ἀεὶ τοῦ πάντων πατρός. Plura de voce ὠδίς sic translata in Anthologia platonica ex Dionysio Pseudareopagita, a me nuper edita, p. 76 sq. Inde ὠδίνω c. acc., vehementer amo, ap. Procl. Th. Pl. 1. 21 p. 57 s. τὰ ὄντα — ὠδίνει — αὐτό (τὸ ἐφετόν, i. e. summum bonum). Absolute hoc verbo in declarando amoris cruciatu Coluthus utitur vs. 96, ubi Lennep. Animadv. p. 59 sq. — Ceterum cum sententia totius loci nostri cf. haec Boethii Cons. Phil. 4, 6 carm. vs. 44: Hic est cunctis communis amor cet.

**9.** σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται·] σὺ pro σοὶ C pessime. Post προσεύχ. M haud distinguit, L duplici puncto (:), CB semicolo, H puncto. Si quis propter crebrum verbi προσεύχομαι usum in N. T. haec ab auctore christiano, et, si diis placet, cum toto Hymno a Gregorio Naz. profecta autumat, prorsus fallitur; nam προσεύχομαι, adoro, etiam apud profanos scriptores pedestris orationis usitatum est. Cf. Ast. Lex. Plat. III. 198 et Wyttenb. Ind. Graecit. Plutarch. h. v. Ad sententiam verborum proxime accedunt haec Procli Th. Pl. 2, 4 p. 105 s. σέβεται πάντα κατὰ φύσιν ἐκεῖνον, nim. omnium rerum auctorem. Quod si autem verbis τὰ πάντα homines potissimum significantur et eorum indigentia tanquam causa adorandi dei respicitur, comparasse iuvabit Homer. Od. γ 48 πάντες δὲ θεῶν χατέουσ᾽ ἄνθρωποι. et Arat. vs. 4 πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.

**9 sq.** — εἰς σὲ δὲ πάντα Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.] Post πάντα H cum M puncto perperam distinguit. Post ὕμνον punctum in C male omissum. In vertendis difficilioribus verbis σύνθεμα σὸν νοέοντα interpretes titubant. L1 prorsus absone: tuisque Pro meritis. Haud multo melius L2: nutum tuum observantia; FM:



tuum numen capientia. Pessime B in adnot.: „Quae compositionem tuam intelligunt [scil. sic quoque vers. lat.], nempe quod factus sis homo. Sic exponit Combefis. Male Leuv. [i. e. L2]: Nutum tuum observantia." H: Ex pacto quasi cogitantia. Ego: Alles Dein Bündniss erkennend. Ad quae Creuzerus: „Oder Zeichen (σύνθεμα)? S. Jacobs ad Anthol. gr. t. 7 p. 338." Tu velim teneas, σύνθεμα esse vulgarem formam vocis σύνθημα, hoc loco a poeta metri causa adoptatam (v. meas Animadv. in S. Basil. M. I p. 57. 64, ubi nostrum exemplum prioris formae excitavi) et a Platonicis, imprimis a Proclo, Oraculorum chaldaicorum exemplo vocem σύνθημα ea metaphora usurpari, de qua v. mea ad Eclog. e Proclo adn. 16. Indidem Synes. Hy. 3, 358 sq. Σύνθημα δίδου, Σφραγῖδα τεάν. 628 sq. (σφραγῖδα πατρός) Σύνθημα δὲ σοῖς Ἁγνοῖς προπόλοις. — Oxymoron, quod inest verbis: λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον, cum aliis similibus excitavi Anim. in S. Basil. M. I p. 180. Adde supra (II, 1. 2) adn. ad vs. 10, ubi simul de voce ὕμνος. In dicto Hermetis de deo, quod Rittershus. Comm. in Opp. Hal. 1, 411 p. 197 apud Lactantium exstare ait: ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν, σιγῇ πεφωνημένον, apud hunc 4, 7 ista: σιγ. πεφ. vulgo desunt. Participio verbi σιγῶ passivo σιγώμενος, ex Oraculis chaldaicis adsumpto, Proclus saepe utitur. Vid. adn. 104 ad Eclog. e Proclo. De summa divinitate silentio colenda Proclus 3, 7. p. 132: αὕτη — ἡμῖν σιγῇ — τιμάσθω.

Supra iam dixi, post vs. 10 Hymni fortasse sedem habuisse versum ab Olympiodoro ex Hymno Anonymi cuiusdam allatum: ἐξ οὗ πάντα πέφυκε· σὺ δ᾽ οὐδενὸς οὕνεκα μοῦνος. Vid. II, 3, ubi ἐκ σέο pro ἐξ οὗ vel ἐκ σοῦ, πέφηνε pro πέφυκε et εἵνεκα pro οὕνεκα, partim ex Olympiodoro ipso, partim ex Asclepio, scribi oportere monui. Quod ad scripturas ἐξ οὗ et πέφυκε adtinet, dicit quidem Olympiodorus Comm. in Plat. Gorg., cui illud fragmentum debemus: ἓν τὸ πρώτιστον αἴτιον ὑπερκόσμιον, ἐξ οὗ πάντα πέφυκεν. (v. Iahnii Annal. Phil. Suppl. t. 14 fasc. 4 p. 532.) Sed hoc non tanti est, ut ideo in Hymni fragmento ἐξ οὗ pro ἐκ σοῦ (σέο) et πέφυκε pro poetico πέφηνε scribamus; immo scriba scripturas ἐκ σοῦ (σέο) et πέφηνε, quippe haud intellectas, cum alteris ab Olympiodoro expressis commutasse censendus est. De act. φαίνω, passive, ut h. l. in πέφηνε pro ἐφάνθη, usurpato Seidler ad Eurip. El. 1231 monuit. Proclus in eodem argumento activi φαίνω composito ἐκφαίνω ubi solet: Th. Pl. 2, 11 p. 110 s. de summo Deo: πᾶν μὲν τὸ νοητὸν τῶν θεῶν γένος, πᾶν δὲ νοερὸν ἐξέφηνεν. 3, 7 p. 131 i. (ἡ πάντων αἰτία) πάντα — ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἐκφαίνουσα. Ceterum sententiam verbis σὺ δ᾽ οὐδενὸς εἵνεκα μοῦνος negando expressam adfirmatione enunciat Epist. plat. 2, 312e: περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ᾽ ἐστι, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα. quo de loco multus est Proclus Th. Pl. 2, 4 p. 104 sqq.

**11.** *Σοὶ ἐνὶ πάντα μένει·*] ἔνι MLCH. σοι ἔνι H negligenter scribit et post ἔνι virgula male distinguit. Sed ἔνι, i. q. ἔνεστι, propter μένει stare non potest. ἐνί, poet. pro ἐν, recte Corderius adnotat. ad Dionys. Areopag. De div. nom. 1, 7, Opp. ed. Venet. t. 1 p. 296, versus 11—14 graece exhibens, et ex eo Hipler. De theologia Dionysii Areop. II p. 4 n. 4. ἐνὶ B perperam. Post μένει M puncto, ut assolet, distinguit. μένει: — L; μένει· — CB; μένει, — Cord., Hipl. ll. cc. et H. Vertunt L1 et FM: In te cuncta manent; L2: In te omnia durant et subsistunt. Corder. l. c.: in te omnia permanent. B secus: Tibi uni omnia permanent (in quibus u n i falsam scripturam ἑνί exprimit). H: In te omnia permanent. Ego: In Dir ruhet das All; possis etiam: Alles ruhet in Dir. Ad rem Procl. Inst. Theol. c. 30 p. 54 Creuz. *Πᾶν τὸ ἀπό τινος παραγόμενον ἀμέσως μένει — ἐν τῷ παράγοντι.* Boeth. Cons. Phil. 4. 6 carm. vs. 46 sqq.: Quia non aliter durare queunt, Nisi converso rursus amore Refluant caussae, quae dedit esse. *σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει.*] σεῦ pro σοὶ M et H secus; tu v. II, 1. 2 adn. ad vs. 11. σὺ δ' C male. B: „Σοὶ δ'. Ita legendum. Edit. [post Leunclav.] σὺ δ'.“ Dein ἄθροα male H. Porro θεάζει, omisso puncto, C pessime. Vertunt L1: ad te magno impete tendunt, L2: ad te omnia simul festinant, FM: ad te simul omnia pergunt, Corder. l. c.: ad te confertim festinant omnia, B fere ut L2: ad te cuncta simul festinant, H: te simul omnia laetantur. Ego: Frohlocken empfindet es (int. das All) in Dir, secundum Hesych. θόαζει· — ἥδεται —. Nunc malim: Dir Alles im Reigen sich schaaret, iuxta Hesych. θοάζει· — χορεύει —. De verbo θοάζω ambigunt: Schol. Apollon. Rh. 1, 743: *Θοὸν τὸ εὐκίνητον ἐνταῦθα λέγει καὶ εὐφόρητον, ἀπὸ τοῦ* (l. ἀφ' οὗ) *θοάζειν τὸ ταχύνειν.* Hesych. θοάζει· — τρέχει. Buttmannus Lexil. II p. 69 tangit significationes: s t ü r m e n, s c h w ä r m e n, sed haud confirmat. (Nonnihil, quod huc pertinet, habet Gesner. ad Orph. Hy. 49 [48] vs. 6 θόασμα.) Lobeck. Ῥηματ. p. 23, in vocabulis a θέω derivatis θοάζω referens, laudat Eurip. Troad. 349 μαινὰς θοάζουσα. Hes. θοάζει· — μαίνεται. Verum enimvero nostro loco Hesychii illud χορεύει unice aptum esse, te docebit Proclus Th. Pl. 1, 21 p. 57 s. ubi de summo bono, id est Deo: *ἄγνωστον — ὃν ποθεῖ τὰ ὄντα τὸ ἐφετὸν τοῦτο καὶ ἄληπτον· μήτε οὖν γνῶναι, μήτε ἑλεῖν ὃ ποθεῖ δυνάμενα, περὶ αὐτὸ πάντα χορεύει.* Idem Th. Pl. 5, 35 p. 324 m. singillatim de coelo: *ὁ οὐρανὸς ἀιδίως χορεύειν λέγεται.* (Cf. Dionys. Hy. in Apoll. vs. 17 sq. loco supra II, 2 adn. ad vs. 11 allato.) Idem Proclus Th. Pl. 1, 3 p. 7 m. compositum περιχορεύω de animabus humanis usurpat: *τοῦτό ἐστι τὸ ἄριστον τῆς ἐνεργείας — πρὸς αὐτὸ τὸ θεῖον ἀνατείνεσθαι καὶ περιχορεύειν ἐκεῖνο.* Voce χορεία in hoc argumento utitur Paul. Silentiar. in Therm. Pyth. 176 sq. ubi de numine divino: *Κόσμους φέρον καὶ βίους Ἐν πανσόφῳ χορείᾳ.* Ceterum est, ubi θαάσσω cum θοάζω confunditur, velut ap.



Apollinar. Metaphr. Ps. 28, 21 *Ἀθάνατος καὶ ἄπαυστος ἄναξ θώκοισι θοάσσοι.* et Ps. 34, 27 *Εὐχωλὴ δ' ἐπὶ κόλπον ἐμὸν στρεφθεῖσα θοάσσοι.* Utrobique versio lat. recte: s e d e a t. Scilicet legendum θαάσσοι. Cf. Ps. 45, 9 *Οὐδέποθ' οἱ λήξειε θεὸς περὶ μέσσα θαάσσων.* Sic enim ed. Lond. a. 1590. Male ed. Sylb. θοάσσων, quamvis vers. lat. s e d e n s adversetur. Ex eiusmodi mendis fluxit, quod Hesych. v. θοάζει habet: κάθηται.

**12.** *Καὶ πάντων τέλος ἐσσί, καὶ εἷς καὶ πάντα καὶ οὐδέν*] Σὺ πάντ. τέλ. de suo Corder., haec laudans ad Dionys. Areop. Opp. ed. Venet. t. 1 p. 296. Post ἐσσί M puncto pro virgula, ut adsolet, distinguit; virgula ab H, ut vulgo, ponitur. Post εἷς et πάντα LB virgulis inepte distinguunt (C post π.); recte H cum M haud distinguit. Pro οὐδὲν, quod L habet, οὐδεὶς CB. Horum loco MH ὑπάρχεις, quo verbo ne offendaris, v. II, 1. 2 adn. ad vs. 12. Interpretatur quidem καὶ οὐδέν Corderius l. c.: „Dicitur esse n i h i l r e r u m, quia est supra omnia quae a nobis concipi possunt.“ Idem hac de re, ut de ceteris, quae in nostro Hymno vs. 11—14 interpretatur, ad Lesser. De perfectionib. divin. c. 1 § 6 provocat. Sed mihi ista: καὶ οὐδέν s. καὶ οὐδείς, importune dicta videntur, quum sententia proximorum: *Οὐχ ἓν ἐών, οὐ πάντα*, eodem redeat. Adde, quod molestum sit, post τέλος ἐσσί reliqua καὶ εἷς καὶ πάντα καὶ οὐδέν item ad ἐσσί referre. Ceterum varie interpungunt: καὶ οὐδὲν: — L; καὶ οὐδεὶς absque distinctione C; καὶ οὐδεὶς, — rectius B, quum proxima *Οὐχ ἓν ἐών, οὐ πάντα* cum praegressis cohaereant. Idem valet, si ὑπάρχεις cum M scribas, quocum H punctum post ὑπάρχ. pro virgula ponit. *π ά ν τ ω ν τ έ λ ο ς ἐ σ σ ί.* Procl. Th. Pl. 2, 4 p. 104 s. *οὗ — ἕνεκα τὰ πάντα, τοῦτον ἁπάντων τελῶν τέλος — προσειπών, οὐκ ἂν ἁμάρτοις τῆς περὶ αὐτὸν ἀληθείας.* p. 105 i. 106 m. 3, 7 p. 131 i. (*ἁπάντων τῶν ὄντων μία αἰτία προϊφέστηκεν*) *τέλος — οὖσα πάντων τὸ ἄριστον.* T e r m i n u s est in nominibus, quibus Boeth. Cons. Phil. 3, 9 carm. vs. 28 Deum alloquitur. *ε ἷ ς κ α ὶ π ά ν τ α.* Malim: *ἓν καὶ πάντα*, quo hisce melius respondeant proxima: *Οὐχ ἓν ἐών, οὐ πάντα.* Sic Synes. Hy. 3, 180 = 199 in allocutione summi Dei: *Ἓν καὶ πάντα.* Videamus primum de Uno. Proclus Th. Pl. 3, 1 p. 118 s. in summo Deo *τὴν ἄρρητον ἕνωσιν* praedicat; id. p. 118 m. *πρὸς τὴν ἄγνωστον συνάπτονται τοῦ ἑνὸς ὑπεροχήν.* Ibid. *τί-ἄλλο τῷ ἑνὶ συνάπτεσθαι πρὸ τῶν ἑνάδων θεμιτόν, ἢ τί τῷ ἑνιαίῳ θεῷ συνήνωται μᾶλλον τῶν πολλῶν θεῶν;* Id. 3, 1 p. 122 m. et i. hac de re ad Platonis Parmenidem provocat. Id. p. 123 s. *Θεὸς οὖν εἷς, καὶ θεοὶ πολλοί. — τὸ πρώτως ὑπερούσιον ἕν, καὶ πολλὰ τὰ ὑπερούσια μετὰ τὸ ἕν.* 3, 7 p. 131 i. τὸ ἕν et ἡ πρώτη ἀρχή ex aequo ponuntur. 5, 29 p. 307 i. *τῷ ἑνὶ καὶ τῇ μιᾷ τῶν πάντων ἀρχῇ.* — (p. 308 s.) *ἐκεῖνο — τὸ ἓν ὁ Παρμενίδης* (nim. platonicus Procli) *ἄγνωστον παντελῶς — ἀποδείκνυσι.* al. Id. Inst. Th. c. 162: *ἄρρητον — πᾶν τὸ θεῖον ὡς τῷ ἑνὶ*

*τῷ ἀρρήτῳ συμφυές.* Conf. adn. 71 ad Eclog. e Proclo. Porro *πάντα* summus Deus vocatur, quippe causa et summa universitatis rerum. Procl. Th. Pl. 3, 7 p. 131 i. *ἁπάντων — τῶν ὄντων — μία — αἰτία προϋφέστηκεν, — πάντα μὲν ἀφ' ἑαυτῆς ἐκφαίνουσα, πάντων δὲ ἀρρήτως προϋπάρχουσα, καὶ πάντα — πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα.* 3, 20 p. 163 m. *τὸ — πρώτιστον καὶ ἀμέθεκτον ἓν — ἁπάντων ἀρρήτως αἴτιον ἀποπεφασμένον.* Corder. l. c. p. 296: „Dicitur esse omnia, quia omnia in ipso continentur, ita ut sit omnia formaliter vel eminenter."

**13.** *Οὐχ ἓν ἐών, οὐ πάντα.*] *πάντα.* — L, recte ante novum enunciatum. *πάντα·* — secus CB. L1.2 B vertunt: Non unum es, non omnia. — neglecto verborum connexu cum praegressis. FM: Unum cum non sis, non omnia —, puncto ante „Unum" et virgula post „omnia" positis, ut haec ad proxima perperam pertrahantur. Corder. l. c., licet graeca eodem modo distinguens, latine tamen vertit: Cum neque unum sis, neque omnia. H: Non unum, nec omnia cum sis. Sed post *ὑπάρχεις*, quod H cum M exhibet, vertendum: cum tamen non unum, neque omnia sis — vel: quamvis non — sis. *οὐχ ἓν ἐών.* Quippe ex cuius Unitate variegata rerum universitas prodiit. *οὐ πάντα.* Quippe qui est *ὁ πάντων ἐπέκεινα* et rerum universitate haud continetur. Procl. Th. Pl. 3, 20 p. 163 m. *τὸ — πρώτιστον καὶ ἀμέθεκτον ἓν — αὐτὸ — ἐν οὐδενὶ δὴ τῶν πάντων ἀφοριζόμενον.*

**13 sq.** *Πανώνυμε, πῶς σε καλέσσω Τὸν μόνον ἀκλήιστον;*] *Πανώνυμε* LCB, B cum adn.: „Vat. in marg. *πολύλογε.*" Melius *πολύλλογε* M in contextu, a voce pass. *πολύλογος*, multum dictus vel dicendus, litera *λ* metri causa duplicata. Nihili vox est *πανώνυμος*, male ficta ad instar vocis *πολυώνυμος*, multi nominis, de diis usurpari solitae (v. Passov. Lex. Gr. h. v. et cf. v. c. Procl. Hy. 5, 1. 6, 13). Virgulam post *πανώνυμε* a Cord. l. c. recte adiectam omittunt LCB et Hipler. l. c. II p. 14 n. 4. M quoque haud distinguit. Dein *τί σε* pro *πῶς σε* de suo male Corder. l. c. et ex eo Hipler. l. c. Porro *καλέσω* secus M, sed recte absque postposita distinctione. *καλέσσω,* — LCB secus, quum verba *σε — τὸν* cohaereant, ut illa in versu, de quo Adnot. ad vs. 1: — *σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον.* Euripid. fragm. I Pirithoi, in invocatione Dei: *Σὲ τὸν αὐτοφυῆ* cet. ubi *καλῶ* vel simile quid praecessit. *καλέσσω;* — Corder. l. c., interrogatione, quae in voce *ἀκλήιστον* desinit, male interrupta. *καλέσσω* absque distinctione Hipler. l. c. Rarum est *ἀκλήιστος*, innominatus, a *κληίζω*, voco, appello, ion. pro *κλῄζω* a *κλείω.* Longe magis usitatum *ἀκλήιστος*, poet. pro *ἄκλειστος*, contr. *ἄκληστος.* Exempla Callimachi, Gregorii Naz. et ex Anth. Gr. adfert Naek. Ind. lect. in univ. Rhen. a. 1836/37 p. VIII. Ceterum haec dimidia versuum 13 et 14 H contra fidem codicis M turpi negligentia omisit. — Rem quod adtinet Corder. l. c.: „(Deus) dicitur innominabilis et omninomis [sic, iuxta vulg. *πανώνυμε*]: etsi enim plu-



rimis nominibus appelletur, ut a nobis aliquo modo concipi possit, nullum tamen nomen nullaque conceptio nostra illum exprimere potest, prout est in se ipso." Quod autem Hiplerus, theologus doctissimus, De theol. Dionysii Areop. II p. 4 n. 4 verbis Dionysii De div. nom. 1, 6: *ἀνώνυμος καὶ πολυώνυμος καὶ ἐκ παντὸς ὀνόματος*, Hymni nostri versus 11—15 adhibet, provocans ad Schubach.: De Gregorii Theol. carminib. p. 48: tu v. supra (II, 3) hac de re dicta.

**14 sq.** — *ὑπερνεφέας δὲ καλύπτρας Τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται;*] *ὑπερνεφέας* vulgo. *ὑπὲρ νεφεὰς καὶ* pro *ὑπερνεφέας δὲ* perperam Hipler. l. c. *κάλυπτρας* M. *καλύπτρας* H recte, ut vulgo. Verba *ὑπερνεφέας καλύπτρας* vertunt L1: tua nubila, L2: latebras illas supra nubes positas, FM: vela polorum, B: altiora nubibus coelorum tegmina. Quamvis autem vulgaris scriptura *ὑπερνεφέας* habeat, quo eam speciose tuearis (v. II, 1 adn. ad vs. 14), tamen una vera est scriptura *ὑπερφανέας* codicis M, quam H habet et ego ad Eliam Cret. col. 775 n. 6 iam attigi; vid. II, 2 adn. ad vs. 14. Voce neoplatonica *ὑπερφανής* utitur Dionys., vulgo Areopagita, Myst. Theol. 1, 1 p. 543 b *κατὰ τὸν ὑπέρφωτον — τῆς σιγῆς γνόφον, ἐν τῷ σκοτεινοτάτῳ τὸ ὑπερφανέστον ὑπερλάμποντα.* Formam *ὑπερφαής* idem habet De div. nom. 1, 8 p. 313 c. *Ὀνομάζουσι γοῦν* (*οἱ θεολόγοι*) *τὴν ὑπερφαῆ ἀγαθότητα* ( , Cord. falso) *καὶ τύπους ἀνθρωπίνους* cet. Verba *ὑπερφανέας καλύπτρας* H inepte vertit: eminentia tegmina. Ego integro enunciato haud male, opinor: Dich decket strahlender Schleier. *νόος οὐρανίδης.* Recte vertunt: mens coelestis. Ego: himmlisches Auge (rescribo: himmlischer Geist). *Νόες*, de quo supra II, 1. 2 adn. ad vs. 15, a Platonicis recc. mentes coelestes, eorumque exemplo a Patribus eccl. angeli vocantur. Ex illis Iamblich. de Myst. ed. Parth. secundum Porphyrium 1, 15 p. 45, 9 *νόας καθαρούς.* p. 46, 10 *καθαροὺς νόας.* Procl. Inst. Theol. c. 21 p. 40 Creuz. *μετὰ νοῦν τὸν πρῶτον νόες*, ubi Creuzer. de hac forma monet; VV.is DD.is ab eo laudatis adde Boissonad. ad Marin. V. P. p. 93 sq., qui *νόας* ap. Iambl. l. c. haud tentare debebat. Sic *νόες* celebrantur Damascio *περὶ ἀρχῶν*, cui in operis parte altera cod. ms. Hamburg. p. 264 *νόες* i. q. *νοεροὶ θεοί.* Ex Patribus eccl. Dionysio, vulgo Areopagitae, *νόες* angeli passim, v. c. Coel. Hier. 1, 2 *νόων*, ubi S. Maxim. Schol. p. 2 Morell. *νόας καλοῦσι καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι* (scil. Platonici) *τὰς νοερὰς ἤτοι ἀγγελικὰς δυνάμεις.* cet. grammatica v. apud Boissonad. l. c. p. 94. De patronymico *οὐρανίδης* v. II, 1, 2 adn. ad vs. 15. *εἰσδύσεται; εἰσδύσεται·* — C male. *εἰσδύσσεται.* — Hipler. l. c. praeter metrum et interrogatione item neglecta. Translato verbo *εἰσδύομαι*, penetro in —, utitur Proclus Th. Pl. 2, 4 p. 104 i. *ἕκαστον — εἰς τὸ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄρρητον εἰσ-* (p. 105 c) *δυόμενον, εὑρίσκει τὸ σύμβολον τοῦ πάντων πατρός.*

quamquam id verbum hoc loco praepos. *εἰς* c. acc., non, ut nostro, nudum accus. secum habet.

**15 sq.** — *ἵλαος εἴης, Ὦ πάντων ἐπέκεινα*] cet., ut vs. 1. *εἴης.* — M puncto, ut solet, pro virgula, quam omittunt LH. *εἴης,* — CB. De voce *ἵλαος*, deque formula *ἵλαος εἴης* v. II, 1, 2 adn. ad vs. 15. De ceteris v. supra Adnot. ad vs. 1.

Haec hactenus, praeter ea quae superius dedi (v. II, 1, 2), ad Hymnum adnotanda fuere.

## IV. Corollarium.

Quo saltem ex parte obtemperem praecepto proverbii graeci: *δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν*, hic corollarii loco iterum adponam tam Hymnum, quam versionem meam germanicam. Illum quidem secundum Adnotationem hic illic emendavi; nec non eum augere studui duobus versibus integris ab Olympiodoro allatis (v. II, 3), quos probabiliter suis locis inserui, ita tamen, ut eos, quippe in re incerta, cancellis includerem, neque numerarem. Versionem ex Adnotatione passim refinxi.

*Ὦ πάντων ἐπέκεινα (τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;)*
*[Πῶς σε τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ὑμνοπολεύσω;]*
*Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητός,*
*Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.*
*Πῶς νόος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός,*
*Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται.*
*Πάντα σε καὶ λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει·*
*Πάντα σε καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει.*
*Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων*
*Ἀμφί σε· σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται· εἰς σὲ δὲ πάντα*
*Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.*
*[Ἐκ σέο πάντα πέφηνε· σὺ δ' οὐδενὸς εἵνεκα μοῦνος.]*
*Σοὶ ἐνὶ πάντα μένει· σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει.*
*Καὶ πάντων τέλος ἐσσί, καὶ εἷς καὶ πάντα ὑπάρχεις,*
*Οὐχ ἓν ἐών, οὐ πάντα. πολύλλογε, πῶς σε καλέσσω*
*Τὸν μόνον ἀκλήιστον; ὑπερφανέας δὲ καλύπτρας*
*Τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται; ἵλαος εἴης,*
*Ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;*



O über Alles Erhab'ner (denn anders wie darf man Dich preisen?)
[Wie soll ich Dich lobsingen, der Du über Alles emporragst?]
Wie besingen Dich Wort'? Es erreichet die Sprache Dich nimmer;
Dich alleine verschweigt sie, dieweil du gezeuget die Rede.
Wie erschaut Dich der Geist? Es fasset Gedanke Dich nimmer,
Dich allein nicht Erforschten, dieweil Du gezeugt die Gedanken.
Alles preiset Dich laut, was Zung' hat, Alles, was schweiget;
Dich verherrlichet Alles, das Denkende wie die Naturwelt.
Alles ja sehnt nach Dir sich, in Liebeswehen erseufzend;
Zu Dir flehet auch Alles, nur Dein es harrt mit Verlangen;
Alles Dein Zeichen erkennend verkündet Dir schweigendes Loblied.
[Alles aus Dir ist erschienen; nur Du bist einzig ohn' Ursach'.]
In Dir ruhet das All; Dir Alles im Reigen sich schaaret.
Ziel des Alles ja bist Du und gattest das All und das Eine;
Keines doch bis Du von Beiden. O Vielgepries'ner, wie nenn' ich
Dich, der allein ohn' Nam'? Es hüllet Dich strahlender Schleier,
Und kein himmlischer Geist durchdringt ihn. Schenke mir Gnade,
O über Alles Erhab'ner! Denn anders wie darf man Dich preisen?

# Index.

## Eclogae e Proclo.



## Hymnus in Deum Platonicus.

# Corrigenda et Addenda.

Pag. 30 adn. 78 lin. 1 scr.: audi.
„ 40 „ 106 „ 7 „ ἑνοειδής.
„ 50 lin. ult. scr.: uantia.

Literas non satis expressas, accentus evanidos, in interpungendo levius peccata et ceteras huiusmodi quisquilias corrigere supersedi.

---

Comm. in Eclog. e Proclo p. 43 adn. 113 adde: Orac. 31 (Proc. in Tim. 155e. 166e) — — πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος. Porphyr. ap. Augustin. De C. D. 10, 28, ubi Coqueus.

Ibid. adn. 116 lin. 10 adde: Plura de metaphora verbi ῥιζόω deque varia eius structura Schleusn. Lex. in N. T. ed. IV. t. 2 p. 822.

Ibid. adn. 116 lin. 12 adde: Demophil. Sent. ap. Gal. Opuscc. mythol. cet., Amst. 1688, p. 624 Ῥιζωθέντες ἐκ θεοῦ καὶ φυέντες τῆς αὐτῶν ῥίζης ἐχώμεθα.

HALIS SAXONUM, TYPIS GEBAUERICO-SCHWETSCHKEANIS.